



446

VB 154

Lca. 105.



OBSERVATIONES
IN
MATTHAEVM
EX
GRAECIS INSCRIPTIONIBVS

A V C T O R E

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO

I E N A E

APVD VIDVAM IO. RVD. CROECKERI

ciclocc lxxviiii.



COLLEGIATIONES

MVBAHTAM

CHYCEIS INSCRIPTIONIBVS





P R A E F A T I O.

Luctuosum utique acerbumque praefandi officium est, quod repentinae libelli huius orbitati debetur. Quandoquidem WALCHIVS noster diuino mentium coetui, finita nuper mortalitate, additus triste sui ac vix tolerabile tum bonis omnibus, tum nominis praeципue ipsius studiosis, desiderium reliquit. Et omnis fere, qui, quantum in eo fuerit doctrinae, quantum integratis humanitatisque, quantum pietatis ac religionis, non sponte ignorat, is facile sentiet, graui nos vulnere ex eius obitu adfectos, nec multum desiderabit nos longiores esse in re pluribus certe notissima. Moriens enim quis viuus fuerit, ostendit, non ex vita sed e domo in domum

P R A E F A T I O.

transgredi visus, animo praeter humanum morem sedato. Misso igitur hoc per se arduo difficultique laudandi negotio, iam ad id nos conuertimus paullo adecuratius dicendum, quod scribendo huic opusculo ansam facultatemque praebuit.

A teneris vero WALCHIVS noster eruditae vacabat antiquitati, a qua nec reliquum aetatis abhorruit tempus, romanae graecaeaque, quin et omnis orientis haud leuiter gustandae aut oculo tantum lusco subiundae; eodemque vel maxime consilio suscepit, quas sumtuosas parauerat profectiones, ut quae monumentis veterum insculpta hinc inde legeret, in ea docte inquireret beneque videret, quem usum Inscriptiones earumdemque sagax cognitio vel litteris sacris explicandis praestare, vel quod lumen optimis veterum scriptoribus accendere possint. Accedit, tantos in huius argumenti libros a WALCHIO factos esse sumtus, iisque ornatam fuisse eius Bibliothecam id genus operibus, quae vix in publicis licet conspicere. Quo quidem factum est, ut WALCHIVS post plura eaque eximia scripta, quibus marmora veterum illuminauit, primus esset, non princeps tantum et unicus, qui votis doctorum viorum respondere posset cupientium quidem atque exspectantium, ut aliquis his litteris adpri-

PRAEFATIO.

adprime instructus lucem sacris scriptoribus
ex saxis veterum litteratis adferret.

Scilicet scriptiunculis nouum post semestre quodque spatium Academiae nostrae Prorectorem ex prouinciae suae partibus commendaturis, hoc sibi nouissime tractandum selegit WALCHIVS argumentum, ut plura Inscriptionum antiquarum vocabula cum iis conferret, quae et in sacris noui foederis libris deprehenduntur, et ad horum intelligentiam illa rite explicaret. Tanta vero arreptae sunt legendi consultandique cupiditate illae plagulae, vt exempla typis expressa numquam fere sufficerent fautoribus largienda. Accidit igitur vt rerum harum gnari cupidine vno volumine exposita esse vellent, quae tot schedis ante dissipata erant. Annuit honestae huic voluntati WALCHIVS et priusquam inter viuos esse desineret has in MATTHAEVM obseruationes colligere et hoc volume repetita quasi lectione reddere instituit. Ille ipse finem operi imposuit, sibi haud infelici, nobis infesto omine, vltimum in seruatoris optimi sepulcrum commentatus, et ita perfecit, vt non opus esset vlli manu post fatum illius triste admouenda. Hoc tantum post necessitatem, quam communem subiit WALCHIVS, amici curarunt, vt qua forma erant obseruationes, hac lectori trade-

)()

ren-



PRAEFATIO.

rentur iisque, ex ipsius b. Auctoris mente,
adherentur duae dissertationes, altera quidem
quae hoc pertinet, *de potu seruatoris mori-
bundi*, altera quae abs re non aliena videtur,
εγχωριου ιδος inscripta.

Ita vero L. B. *Walchii* nominis et immor-
taliuum eius in litteras meritorum memor,
vtere feliciter his laboribus atque vale!

Ienae, Calendis Maii, ccccclxxviii.



OBSER-


-VOT

OBSERVATIONES
IN
MATTHAEV M.

A



OBSERVATIONES
IN
MAGNETIS



CAP. I, II.

Ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαθυλῶνος.

MATTHAEVS vocabulo *μετοικεία* vtitur, quod, si eius originem spectamus, translationem habitationis ab uno loco in alium solet designare. Vnde interpres nonnulli modo deportationis, modo transmigrationis significatum huic vocabulo subiecere. Putant vero plerique, Matthaeum, gentis suae more, captiuitatis ignominiam rei honestae vocabulo tegere quasi et occultare voluisse, ratione quadam, graecis quoque et latinis scriptoribus haud prorsus incognita, eadem profecto, cuius CICERO de oratore libr. II. 67. mentionem faciat. Recte, secusne haec dicta sint, alii exquirant. Nobis MATTHAEVS ea dere haud cogitasse, *μετοικείας* autem vocabulo sic, vt eo tempore in ore vulgi fuit, usurpasse videtur. *Μέτοικοι* enim dicebantur, qui, relicta patria, in aliam urbem secesserant, sic vt inter ciues quidem habitarent, ciuitatis tamen iure pleno haud fruerentur. Erant in tutela magistratus, vteban-

A 2 tur

tur iure *χειροτεχνίας*, sed non nisi ut ciues adscitii, vel aduentitii, vnde cum ciuib⁹ γυνσίοις siue originariis honores capeſſere et magistratu fungi haud potuere. Dicebantur *μέτοικοι* hocque vocabulo ἀπὸ τῶν πολιτῶν siue ἀτῶν numquam fere non fecerni solent. Fuere tamen hi *μέτοικοι* meliori loco, quam *πέριοικοι*, de quibus statim plura. Iam vero vnde haec probantur? Ex insigni marmore graeco, prope Tegeam, florentissimam olim Arcadiae urbem, effosso a). Est inscriptio athletica, FALCONERIO, qui athletica mamora collegit, nondum cognita, in qua *μέτοικοι*, qui in certaminibus vna cum πολίταις vicerant, ab his diserte fecernuntur. Pertinent huc verba: ΕΝΑΓΟΣΙ ΤΟΙΣ ΟΛΤΜΠΙΑΚΟΙΣ --- ΕΚΟΜΙΣΑΝΤΟ ΤΟΤ ΣΤΕΦΑΝΤΣ ΙΕΡΗΣ. ΑΙΑΟΔΑΜΑΣ -- ΠΟΛΙΤΑΙ ΔΗΜΕΑΣ -- ΚΑΙ ΔΑΛΙΣ - ΜΕΤΟΙΚΟΙ, in agonibus Olympiacis — reportarunt coronas Hieres, Aelodamas, CIVES, Demeas - et Dalis -- INVILINI. Quid potest esse his marmoris verbis luculentius? Demeas et Dalis non ξένοι, sed *μέτοικοι* dicuntur et ἀπὸ τῶν πολιτῶν distinguuntur. Iam rogamus, vt, qui velit, cum hac inscriptione athletica conferat verba DIODORI SICULI b): κατὰ τὸ συνεχὲς ἐλαττώμασι περιπτόντος ἐποίσαντο πολίτας τῆς μετοίκες οὐκ τῶν ἄλλων ξένων τῆς Βελομένης συναγωνίσασθαι, Athenienses continuis aduersae fortunae cladibus debilitati inquilinos aliosque peregrinos, qui commune secum belli discrimen subire volebant, ciuitate donant. In his ξένοι ἀπὸ τῶν μετοίκων, hi ἀπὸ τῶν πολιτῶν, siue τῶν ἀτῶν, qui pleno ciuitatis iure gaudebant, aperte distin-

a) apud EDVARDVM COR- b) libr. XIII. cap. 97. p.
SINIVM, adpendice ad notas 619. ed. WESSELINGII.
Graecorum, p. LXVII.

distinguntur. Μέτοικοι isti nonnunquam ξένοι ἐπειδημάντες, ξένοι παρεπιδημάντες, id est, qui ut aduentitii inter et iuxta alios ciues habitabant, non ut peregrini, sed inquilini, nuncupantur. Sic apud DIODORVM SICVLVM et AELIANVM, ut iam obseruauit REINESIVS c). Pari modo Αθηνᾶιοι, ἀπὸ τῶν ἐπειδημάντων ξένων, siue ἀπὸ τῶν μετόικων distinguntur, auctor. XVII. 22. Μέτοικοι hi, si plenarium ciuitatis ius consequabantur, συμπολίται dicuntur. Sic PAVLLVS Ephes. II. 19. scite satis τὰς συμπολίτας ἀπὸ τῶν ξένων, κατ' ἔξοχὴν sic dictorum, pariter ac ἀπὸ τῶν παροίκων distinguit, haud alia prorsus ratione, ac apud profanos scriptores ἀσοὶ siue πολῖται, ἀπὸ τῶν συμπολίτων, siue δημοτοίτων, hi ἀπὸ τῶν μετόικων; μέτοικοι ἀπὸ τῶν παροίκων, πάροικοι ἀπὸ τῶν ξένων distinguntur. Videatur REINESIVS not. ad inscript. p. 182. Nolumus tamen negare, in profanis pariter ac diuinis scriptoribus, tum in septuaginta interpretibns, haud semper param et constantem esse vocabulorum horum usum. Ex iis forte, quae iam diximus, verus status iudeorum, in Babylonia viuentium, intelligi potest.

CAP. II, 12.

Χρηματιθέντες κατ' ὄναρ.

IN antiquis marmoribus formilae: SOMNO MONITVS et VISV MONITVS probe a se inuicem sunt distinguenda. Sic apud GRATERVM p. LXII. 3. Arete Druis antistita SOMNO MONITA, p. LXXX. 2. Aelius Pacatus SOMNO ADMONITVS et p. CII. 1. Au-

A 3

relius

c) not. ad inscript. p. 1002.

relius Pacorus SOMNIO MONITVS dicitur. Qua quidem formula vſi veteres videntur de ſomnio, in quo nullam quidem numinis ſpeciem videre ſibi videbantur, quod tamen diuinatus ſibi datum miſſumque eſſe, certis quibusdam ſignis diuinare voluerunt. Si vero in tali ſomnio ſpeciem aliquam ſiue dei, ſiue deae cuiusdam, eos adloquentem et aliquid imperantem prafte vidiffe, expergefacti arbitrabantur, tum non formula illa SOMNO MONITVS, ſed aliae, quae ſingulare hoc viſi genus designarunt, viſurpari solebant. Cuius generis ſunt: EX VI-
SO *d*), EX IVSSV NVMINIS *e*). EX IMPERIO *f*), EX PRAECEPTO IOVIS *g*), KATA ΚΕΛΕΤΣΙΝ ΘΕΟΥ *h*), VISV MONITVS, *i*) MONITV DEI, *k*) EX VISV DEAE VALENTIAE *l*) cet. Idem vero diſcrimen in tabulis ſacris haud obscure reperire licet. Formulam enim illam SOMNO vel SOMNIO MONITVS designat illud MATTHAEI χρηματισ-
θεὶς κατ' ὄντα, altera autem VISV MONITVS haud vna ratione in tabulis ſacris graece reddi-
tur. Eo pertinent, quae apud MATTHAEVUM
v. 13. ἀμέσως ſequuntur: ἄγγελος Φαίνεται κατ' ὄντα, et quae de Paullo LVCAS habet ad. XVI. 19.
ὄραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὥφθη τῷ Παύλῳ. Αὐτὸς τις
ην ἐγώς cet. et cap. XVIII. 9. εἰπε ὁ Κύριος δὲ ὅρά-
ματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ. Quum τῷ εἰπεῖν iu-
bendi

- d*) GRVTER. LXV. I. MV-
RATOR. III. I. XXVIII. 2.
e) GRVTER. LVII. 4. VI-
GNOLE inſcript. ſelect. p.
187. MVRATOR. CCCLIII. 2.
CXXVIII. I.
f) GRVTER. III. I. XVI.

4. MVRATOR. LXXXIII. 6.
g) GRVTER. XXXVIII. 10.
h) GRVTER. XXI. I.
i) ibid. LXX. 7.
k) ibid. LXXXII. 5. MV-
RATOR. CXXI. 8.
l) ibid. II. 12.

bendi notio subiici haud raro soleat, quid verba
haec aliud volunt, quam quod inscriptionum an-
tiquarum formulae: EX IVSSV NVMINIS,
VISV IVSSVS solent designare?

CAP. II, 23.

Ελθόν κατώπισεν εἰς πόλιν, λεγομένην Ναζαρὲτ.

ΙΟΣΕΡΗΒΣ κατοικῆσαι dicitur in vrbe Nazareth.
Κατοικεῖν de iis dicitur, qui relicta vrbe, in qua
adhuc vixerant, in aliam secedunt, sic, vt fir-
mam ibidem et fixam sedem sibi figant, siue ius
ciuitatis consequantur et συμπολῖτας fiant, siue
minus. Παροικήνtes vero, si illis opponuntur,
nuncupari solent noui accolae, qui aliunde ve-
nerunt, et nouam sibi sedem non in ipsa vrbe,
sed iuxta priscos regionis vel yrbis incolas con-
stituerunt. Sic ΙΟΣΕΡΗΒS m) iudeos in Peraea
habitantes τὰς εἰς τὴν Περσίαν κατοικήντας dicit.
Verum hunc esse vocabuli istius significatum,
marmor REINESIANVM n) docet, quo κατοι-
κήντες ἐν Δήλῳ, id est, incolae aduentitiū Deli
εἰπὸ τῶν ἐμπόρων καὶ ναυπλήρων, a peregrinis mer-
catoribus, qui commercii et nauigationis caussā
ad tempus ibi commorari solebant, aperte distin-
guuntur. In alia inscriptione apud PETRVM LA-
SENAM o) et IANVM GRVTERVM p) mentio fit
ΤΩΝ ΕΝ ΠΟΤΤΙΟΛΕΙΣ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝ ΤΤΡΙΩΝ, cum
qua verba DIODORI SICVL q) debent compa-
rari: Δικύμνιος μετὰ τῶν παίδων καὶ Τληπολέμου,
τῇ Ήρακλέᾳς, ἐκτίσιας τῶν Αργείων ἀντὶς προσδε-

A 4

ξαμένων,

m) libr. XX. ant. iud. Napoletano, cap. III. p. 50.
cap. I. p.) p. cccv. 3.

n) inscript. class. I. num. q) libr. III. cap. 58.
55. p. 103. p. 302.

o) dell' antico ginnasio

OBSERVATIONES

Σαμένων, ἐν Ἀργει κατώκησαν, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες
ἐν Τρικορύνθῳ κατοικήσαντες, ὡς ὁ πεντηκονταετῆς
χρόνος διῆλθε, κατῆλθον ἐς Πελοπόννυσον, *Lycim-*
nius cum liberis et Thopolemus Herculis filius; Arg-
gos a ciuibus sponte recepti habitatum se contulerunt.
Ceteri omnes in Tricorynthon tamdiu substiterunt, tum
quinquaginta anni praeterlapsi essent, quibus finitis,
in Peloponnesum redierunt. Κατοικήσαντες hi, si ius
πολιτείας conseqeabantur, συμπολῖται, si non
nisi χειροτεχνίας et commercii, μέτοικοι, vt iam
supra audiuiimus, dici, atque eadem ratione a
Ζένοις, vti in romanis lapidibus ab hospitibus ad-
uentoribus apud GRVTERVM r) et a PĒREGRINIS
ADVenis apud REINESIVM s) distingui solebant.
Ipsi vero κατοικήσαντες consistere dicuntur in hac
vēl illa vrbe. Tales fuerunt BERYTENSES,
QVI PTIOLIS CONSISTVNT apud REI-
NESIVM t) et Negotiatores vinarii *Lugduni in Cana-*
bis consistentes apud GRVTERVM, u) tum ἔμποροι
illi οἱ ἐπιδημῶντες ἐν Ρόδῳ apud LYCVRGVM orat.
in Leocratem. Quum vero τῶν κατοικήσαντῶν condi-
tio haud vna fuisse videtur, quae Iosephi nostri
fuerit, alii disquirant.

CAP. III, II.

Οὐ γὰρ εἴπι μανὸς, τὰ ιποδήματα Βασίδοι.

INTERPRETES Ioannem vile seruitii genus
his verbis designare animaduertunt, et recte qui-
dem, id quod nullibi melius, quam ex inscrip-
tionibus patet. Omnis fere generis serui po-
terant manumitti, nec ullum fere est opificii aut
seruilis ministerii genus, in quo libertos comme-
morari,

- r) p. CLXXXI. 1. eccc t) class. X. 5.
XXXXIII. 8. u) p. CCCCLXVI. 7.
s) class. VI. 22.

morari, haud legamus. Verum pedissequorum et sandaligerulorum nullum prorsus habemus exemplum, quasi eorum abiecta et vilissima conditio infra libertorum dignitatem fuisset. Unde ne in Augustorum quidem seruis pedissequos libertos dici, animaduertimus. Qui exempla cupiunt, videant GORIVM columbario libertorum et seruorum Lituiae Augustae p. 101. num. XXXVIII. p. 102. num. XXXVIII. et conferant cum his Gorianis lapidibus FABRETTVM inscriptionibus domeſt. cap. III. p. 130. num. XV. et p. 210. num. CXXVIII.

CAP. V, 36.

Οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκήν, ή μέλαιναν ποιησα.

APVD REINESIVM class. I. inscript. LXXXVIII. marmor romanum est cum hac ἐπιγραφῇ: VENERI SACRVM CASSIA I. L. PSECHAS, PRO PSECAS. Psecades fuerunt ornatrices mulierum, quae, vt est apud OVIDIVM libr. I. de arte amandi eleg. VII. scirent postu variare comas easque ponere compositas in statione. IVVENALIS sat. VI. v. 489.

componit crinem taceratis ipsa capillis,
nuda humeros psecas infelix,

ad quae verba scholiaſtes poetae legatur. Cum REINESIANO vero marmore comparandum est illud GRVTERIANVM Hispulae Cinerariae, p. CICIII. num. 5. admodum quidem corruptum et mutilum, ex quo tamen non solum harum psecadum suppellecilem comatoriam, calamistratos nempe, aciculas et id genus alia, sed etiam hoc discimus, fuisse quoque in harum psecadum artibus, vt succis odoratis dominarum suarum crines vnguent iisque non solum suauem odo-

A 5

rem,

rem, sed etiam coloris quoddam genus, quod pro aeuī ingenio ac confuetudine in pretio esse solebat, conciliarent. Ac prius quidem, nisi nos omnes rationes fallunt, in corrupto marmoris memorati vocabulo GALBE, forte GALBA... latere videtur, si verum est, quod PLINIVS refert, esse in Syria plantae ferulaceae genus, ex qua succus praeparetur odoriferus, qui, vt ipſa planta, galbani habeat nomen, *libr. XII. hist. nat. cap. 56. coll. libr. XXIII. cap. 13.* et SALMASIO exercitationibus *Plinianis*, p. 249. Posterius vero ex eo colligi posse, arbitramur, quod veteres iisdem suceis odoriferis, quibus diuersi coloris pigmenta admiscebi solebant, crines fucare, illinire, iisque modo flauum, modo rutilum, modo cinereum colorem conciliare didicerant. Sic PLUTARCHVS ἐρωτικῶ ad finem, memorat Φάρμακον, ὃ τὴν κώμην αἱ γυναικες ἐναλειφόμεναι ποιῶσι χρυσοῖς ἢ πυρράν. In illa ὅλῃ κομματικῆς, quam ex Heraclide Tarentino, Archigene et Critone collegit GALENVS, est quoque ὁ ξανθίσμὸς τῶν τριχῶν, quem pſecades illae pigmentis suis fecisse, videntur, flauus enim crinium color in Graecia olim magnopere amatus aestimatusque fuit. Apud PAVLLVM AEGINETAM *libr. III. cap. 2.* describitur pari modo ratio mutandi crinium coloris, monstraturque τρίχας μελαίνας ξανθὰς ποιῆσαι. TERTVLLIANVS vero de cultu feminarum, *cap. V. video*, inquit, quasdam et capillum croco vertere. Plura dabit REINERVVS animadversionibus *ad inscript. class. I. num. LXXXVIIII.* vbi cinere quoque eam ad rem vsas esse romanas vxores, docet. Ipsam vero artem mutandi crinium coloris iam PALAEPHATI aetate haud prorsus incognitam fuisse, ex eius περὶ ἀπίστων *libri*



libri cap. XXXIIII. patet, quo Medeam, refert, inuenisse ἄνθος δυνάμενον καὶ λευκὰς ποιῆσαι τὰς τρίχας, καὶ μελαίνας. Plura non addimus, nec ea, quae de eodem argumento WETSTENIUS collegit *comm. in nou. test. p. 306.* Interpretum plerique, effatum hoc seruatoris nostri, cum illa, quam explicauimus, veterum arte et consuetudine conciliatur; in nostro loco non de pigmentis crinum sermonem esse, monent, quibus coloris cauſa iſti quaſi obducantur, sed de capillorum colore naturali, qui nunquam poſſit mutari. Id recte duntaxat, modo ne hoc praeteatur, ipsa Christi verba prouerbii cuiusdam, tum forte satis cogniti, formam habere videri. Vetustissima plerumque solent esse prouerbia, cum graecorum, tum aliorum populorum, apud quos eius generis γνῶμας ante inuentam capillos tingendi artem, fine dubio iam extiterunt, vsu dein sic confirmatae, ut in omnium ore florent, etiamſi posterorum ars naturae vim quaſi facere, et, quod natura est, contra naturam immutare, ſibi ſumeret.

CAP. VI, 2.

Οὐσπέρ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς.

VOCABULUM συναγωγὴν etiam ciuilem et forensem hominum coetum olim denotasse, nulli bi melius et certius, quam ex hoc marmore REINESIANO ^{x)} dicimus: ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΕ ΖΩCIMOC ΔΙΑ ΒΙΟΤ ΣΤΝΑΓΩΓΗΣ ΑΓΡΙΠΠΙΝΕΣΙΩΝ cet. Synagoga haec Agrippinenſium nil aliud fuit, quam coetus quidam Agrippinenſium negotiatorum,

^{x)} class. XX. num cccxxxxiii. p. 100r.

torum, Romae commorantium, quorum magister
sive quinquennalis perpetuus Zosimus iste fuit.

CAP. VII, 24.

Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δελεύειν

Duo patroni nonnunquam vnum libertum, et
duo domini vnum seruum olim habuerunt. Prius
luculenter patet ex marmore GRVTERIANO p. 15
ccccxxx. 10. D. M. L. AGRI SYNTPOPHO
LIBERTO OPTIM. L. L. AGRI LICINIA
NVS ET PIVS PATRONI, ex alio apud RE-
INESIVM *inscript. class. xviii. 29.* D. !M. LVCI-
LIORVM CHRYSEROTIS ET FESTAE LV-
CILIA IANVARIA PATRONIS B. M. FE-
CIT. Idem REINESIVS huc et aliam inscriptio-
nem, *class. vi. 81.* referendam esse, putat, qua
Rubriam duorum Titorum libertam inuenisse
fibi videtur. Luculentius vero hoc patet non
solum ex alio lapide, apud eundem *class. xi. 79.*
sed etiam ex axis BERTOLII *antichit. d' Aquil.*
p. 103. 82. SILVANO AVG. C. STATIVS
C. ET L. LIB. EVTICHVS MANIANVS V.
S. MALVASIAE, *marmoribus Felsineis*, p. 418. Q.
CORNELIVS Q. ET ɔ. L. NICEPHOR SA-
GARIVS et MVRATORII, apud quem Q. Ca-
cilius Hermetis, duorum patronorum liberti, fit
mentio. Posterior ex hoc FABRETTI lapide
constat: TERTIVS. Q. Q. NVNNIORVM
LVNENSIS ET MONTANI scil. seruus, *in-
script domesticis*, p. 40. *num 202.* tum ancillae fati-
dicae exemplo, ACTOR. XVI. 16. quae, vt LVCAS
ibi ait, ἐργασίαν πολλὴν παρῆχε τοις κτριοις
ΑΤΤΗΣ. Ac is quidem communis serui cuius-
dam usus tum potissimum apud veteres obti-
nuisse videtur, si propter artem, quam ille di-
dicerat

dicerat, satis quaestuofam, pretium eius tantum erat, vt aere, a duobus aut pluribus lucri caufsa collato, emeretur, aut si heredes, de praediis sibi a patre relictis communiter viuentes, vnam quoque familiam seruorum rusticam iunctim haberunt. Itaque quum seruator, neminem duobus dominis seruire posse, pronuntiauit, haec non sic intelligi voluit, quasi tale seruitii genus ad τῶν ἀδυτῶν classem pertineret, sed quod veteres vnu et experientia didicerant, peculii talis communionem litium et rixarum caufsa sedulo esse euitandam. Quum igitur non nisi raro hoc fieri soleret, vt vnu seruus plurius esset dominorum, videtur hoc in prouerbium abiisse, neminem duobus dominis commode seruire posse. Discimus praeterea ex ATHENAEI *libr. vi. dipnosoph. cap. 18.* factum nonnunquam esse, vt ingenui homines, propter summam paupertatem, vitae sustentandae caufsa, sponte in seruitutem se darent. Idem fecerunt fugitiui serui inque alia vrbe nouo se domino nonnunquam manciparunt. Qui prehensi, poenae loco, ferreum gestare debuerunt collare, cum inscriptione: TENE ME, QVIA FVGI ET REVOCA ME DOMINO MEO cet. Conf. PIGNORIVS de *seruis* p. 15. Itaque reuocandi erant priori domino, quoniam nullo prorsus pacto fieri poterat, vt talis seruus binis his dominis, alteri, qui emerat, alteri cui post fugam se mancipauerat, simul praesto esse iisdemque vna seruire posset. Id quod itidem forte γνώμη illi, qua seruatorem nostrum vsum esse, videmus, occasionem potuit praebere.

CAP.



CAP. VIII, 6.

Ο παιδίς μᾶς βέβληται παραλυτικός.

CENTVRIO seruum suum παιδία vocat. In romanis inscriptionibus serui nonnunquam *pueri* solent adpellari. Sic interpretandum esse arbitramur lapidem GRVTERI p. 10311. 6. qui Abinnaei cuiusdam CAESARIS AVG. *Pueri* memoriam commendat. In primis vero hoc pertinet inscriptio illa, quam THOMAS LYDIAT *canonicis chronologicis* in *vobisias* suspicionem vocavit, a qua tamen liberare eam studuit doctissimus AVCTOR αἰνώνυμος, (ANT. MAR. LVPVS) *dissertatio ne ad Seuerae martyris epitaphium*, p. 19. Dedit eam GRVTERVS p. 10311. 4. CONSVLATV M. F. STILICHONIS ----- DEPOSITVS PVER HELIAS -- QVI BIXIT ANNIS TRIGINTA ----- Cum hoc lapide comparandus est alius apud MABILLONIVM *Supplēm. rei diplomaticae* p. 15. vbi Victorinus dicitur PVER QVI VIXIT ANN. XXXVII. MENSES X. DIES X. Itaque non vernae tantum puerilis forte aetatis, sed ipsi serui, qui iuvenilem aetatem iam excederant, serui triginta et plurium annorum, PVERI sunt vocati.

CAP. VIII, 11.

Πολλοὶ ἀνακλιθόσονται μετὰ Αἴθρας cet.

HANC loquendi formulam summum post mortem beatitudinis gradum designare, neminem fugit; eius autem ratio non nisi ex veterum de diis παρέδροις, doctrina cognoscenda esse videtur. Fingebant veteres, numina sua considerare, vel ad sententiam de rebus humanis in supremo concilio dicendam, vel ad epulandum.

Vnde

Vnde apud LUCIANVM concil. deor. p. 906. Mōmus de diis supposititiis: οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν Ξυνεθρίων, καὶ ἐνωχθεῖσαι ἐπ' ἵσης, non contenti, si nobiscum in eadem admittantur concilia et iisdem coenis interfint. Isdem vero cum Ioue et iis, qui in superis summi sunt, cibis vesci, idem erat, ac summae diuinæ post mortem gloriae participem fieri. HORATIVS libr. IIII. od. 8. v. 30. de Hercule: sic Iouis interest optatis epulis impiger Hercules. Primi vero ordinis dii potissimum erant summi et maximi numinis, Iouis nempe, ὁμοτράπεζοι, quemadmodum eos vocat MAXIMVS TYRIVS serm. i. ad. fin. Τός μὲν, ait, περὶ τὰ πρόθυρα ἀντά εἰλημένας, σῖον ἐσταυγγελέας τινὰς καὶ βασιλεῖς συγγενεσάτες ὁμοτράπεζοι ἀντὶς καὶ συνετίξ, ex quo haud obscure colligi posse, arbitramur, non omnes superos Iouis mensae in epulis adsedisse eiusque ὁμοτράπεζοι fuisse, sed eos tantum, qui reliquis potentia diuina caelestique gloria antecelluerint. Factum deinde est, vt veteres defunctis quoque hominibus honoris causa sedem in conuiuio caelestibus iuxta deos adsignarent, sumum beatitudinis et gloriae caelestis gradum, ad quem post mortem euecti essent, hoc ipso designaturi. Sic Alexandrum et Ptolomaicum Lagi filium in conuiuio caelesti iungit hisque ambobus epularum socium facit Herculem THEOCRITVS, idyll. XVII. v. 18. haud secus ac EVRIDIDES, qui Oreste, v. 1689. Helenam, ad superos euectam; cum Iunone consociat, hoc ipso summum post mortem gloriae et aeternae felicitatis fastigium designaturus, ad quod illa iam peruenisset. Ac id quidem prisca quoque marmora nos docent, in quibus homines defuncti

non-

nonnunquam σύνεθροι ἀθανάτων immortalium commensales, vocantur. Talis inscriptio est apud SPONIVM miscellaneis eruditae antiquitatis p. 368. ΣΩΜΑ ΜΕΝ ΗΔΕ ΚΟΝΙΣ ΚΕΥΘΕΙ ΘΕΟΜΗΣΤΟΡΟΣ ΑΝΔΡΟΣ ΝΑΡΚΙΚΚΙΩΝ ΗΙΝΤΙΠΗΠΟΥ ΕΤΧΗ ΔΕ ΣΥΝΕΔΡΟC ΑΘΑΝΑΤΩΝ cet. et alia Smyrnae effossa apud REINESIVM class. XVII. num. 140. p. 854. in qua, inter alia, haec leguntur: ΚΑΙ ΜΕ ΠΆΡΑ ΤΡΙΠΟΔΕΣΣΙ ΚΑΙ ΑΜΒΡΟΣΙΗΣ ΤΡΑΠΕΖΑΙΣ ΗΔΟΜΕΝΟΝ ΚΑΤΑ ΔΑΙΤΑ ΘΕΟΙ ΦΙΛΩΝ ΕΙΣΡΡΟΩΣΙ, et me apud tripotas er diuinias mensas coena delectantem dii amice tractant. Apud veteres Graecos sedebant conuiuentes, apud iudeeos accumbebant in lectis. Quod igitur illi formula πάρεδρον, σύνεδρον τῶν ἀθανάτων εἶναι, id hi ἀναλίνεσθαι dixerunt. Quumque Abraamus, Isaacus et Iacobus omnium vniuersae suae gentis post mortem beatissimi felicissimique habiti sunt, facile patet, formula illa: εἰναλίνεσθαι μετὰ Αβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ιακώβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἥρανῶν nil prorsus aliud fuisse designatum, quam in vita aeterna prae ceteris summum gaudii, gloriae et felicitatis caelestis gradum consequi. Formula scripturae sacrae, ἀποφέρεσθαι εἰς τὸν κόλπον τῷ Αβραὰμ, Luc. XVI. 16. idem beatitudinis caelestis genus designat. Nam formula, a fini togae apud veteros petita: ἀναέσθαι ἐν τῷ κόλπῳ τυός, Io. XIII. 23. denotat: ad latus alicuius accumberē vel adsidere. Ut ad conuiua celebranda, sic quoque concilii cauſſa, in quo de rebus humanis sententia ferenda erat, considerare solebant dii. Huius concilii socium et σύνθρονον post mortem fieri, id longe maius et praestantius habitum fuit, quam in epulis deorum

rum

.1011.

rum πάρεδρον et σύνεδρον esse. Apud GRVTERVM p. CIOCLXXIIII. II. haec lapidi incisa legimus: ΘΕΟΙΣ ΑΔΕΛΦΟΙΣ ΣΥΝΘΡΟΝΟΙΣ ΤΟΙΣ EN. ΑΙΓΑΙΙΤΟΥ ΘΕΟΙΣ. Sic HORATIVS Augustum suum Iouis consilio inferre audet, libr. III. od. 25. v. 5. Quibus antris egregii Caesaris audiar aitemnum meditans decus stellis inferere et consilio Iouis. Vnde lucem accipiunt verba seruatoris: Matth. XVIII, 28. ὅταν καθίσῃ ὁ ὥιός τοῦ ἀνθρώπῳ ἐπὶ θρόνῳ δόξῃς αὐτοῦ, ΚΑΘΙΣ ΕΣΘΕῃ ὑμῖς ΕΠΙ διδέκα ΔΡΟΝΟΥΣ, ΚΡΙΝΟΝΤΕΣ τὰς δώδεκα Φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, et quae apud IOANNEM apocal. III. 21. leguntur: ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ ΚΑΘΙΣΑΙ μετ' ἐμοὶ EN ΤΩ ΔΡΟΝΩ ΜΟΥ cet.

CAP. VIII, 2.

Θάρσει τέλνον.

ERANT priscis Graecis vulgares adclamatio[n]is formulae, quibus miseros homines, amicosque calamitosos, vt bono animo essent neque de omni spe melioris fortunae deiici se paterentur, exhortari voluerunt. H[oc]rum satis frequenter usum in monumentis sepulcralibus Graecorum cernimus, quibus defuncti saepe loquentes introducuntur, consolaturi amicos et cognatos, eorum mortem grauiter lugentes. In his admodum frequens est τὸ ΕΥΨΥΧΕΙ, id quod marmora GRVTERI IOCLXXXI. 6. IOCCCLXVIIII. 4. IOCCCLXXXIIII. 3. REINESII class. XVII. inscript. 46. MAFFEI mus. Veronensi p. 315. num. 2. p. 316. n. 4. et BVONAROTI osservaz. sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro p. 168. satis docent. Pro εὐψύχει apud GRVTERVM in alio marmore p. IOCLVIII. 9. εὐτύχει et p. IOCCCCXXXII. 1. 11.

B

εὐθύμει

ἐνθέμει usurpatum legimus. Eamdem consolandi vim olim habuit adclamatio θάρρης θάρρου, θάρρος καὶ θυμὸν ἔχει ἀγαθὸν, apud HELIODORVM obuia, libr. II. aethiop. cap. I. et libr. III. cap. I. id quod et aliquot antiqua monumenta egregie confirmant. Sic apud GRVTERVM p. CIOCX. 4. in lapide sepulcrali haec verba leguntur: ΘΑΡΣΕΙ ΕΤΤΕΝΕΙ, ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ, quibus puer lugentem matrem adloqui eamque communali mortalitatis lege consolari fingitur. Eiusdem conditionis est inscriptio christiana in vitro antiquo picto a BVONAROTIO detecta, apud eundem libro modo memorato, p. 169. ΘΑΡΣΙ ΤΑΤΑ ΜΗΤΗΡ ΟΥΔΕΙΣ ΑΘΑΝΑΤΟΣ. Inprimis vero notanda est lamina aerea musei KIRCHERIANI a doctiss. ANTONIO MAR. LVPO epitaph. Seuerae martyris p. 141. descripta, sine dubio olim, pro superstitione aeui illius consuetudine, aegroti infantis collo adpensa, cui haec incisa verba cernuntur: ΕΥΨΥΧΙ ΤΕΚΝΟΝ ΔΙΟΝΥΣΙΩΔΡΕ ΜΗΝΩΝ ΙΩ ΗΜΕΡΩΝ ΚΔ. bono animo esto fili Dionysiodore, mens. XVIII. dierum XXIIII.

CAP. VIII, 17.

'Εἰ δὲ μῆγε.

SERVATOR noster, vinum nouum in vtres veteres haud infundi solere, pronunciat, rumpi enim, *si id fiat*, vtrs et vinum cum vtribus perire. Ac ea verba quidem: *si id fiat*, graecis: *εἰ δὲ μῆγε*, exprimuntur, sensu, vt videtur, contrario, si, vt par est, ellipsis, quae in his verbis latet, ex verbis antecedentibus debeat suppleri. Primum enim, *εἰ δὲ βάλλεσθαι* inquit οἴνον νεὸν εἰς αἰσκής παλαιός. Deinde *εἰ δὲ μῆγε*, pergit, scilicet

licet θίλλεσθιν οἷον γεὸν εἰς αὐτῆς παλαιάς, si vi-
num nouum haud committatur vtribus priscis,
rumpi hos, perire vinum aequē ac vtres. Vi-
derunt hanc difficultatem iam alii ^{y)}, differ-
tiunt autem, qua comoda ratione eidem sit sub-
ueniendum. Nonnulli ἀπόδοσιν aliquam admit-
tendam inque ista formulas, καλῶς ἔχει, εὖ ἔχει,
καλῶς ἀν εἴη, hisque similes supplendas esse ar-
bitrantur. Ita iubent scholiaſtae THVCIDIDES ^{z)}
et ARISTOPHANIS ^{a)} quos recentiorum nonnulli
sequuti sunt. Nolumus refragari, fieri id sae-
pe commode posse tum, quum priori periodi
membro conditio aliqua subſit, in aliis vero pro-
positionibus, quae in yniuersum aliquid vel ad-
firmant vel negant, nullatenus fieri hoc posse,
ipsa ratio ostendit. Quare alii aliam viam in-
gressi, post verba: εἰ δὲ μὴ γένεται, modo formulam:
τίς τῷ νόμῳ πειθαρχήσῃ, legi quis paruerit, modo
hanc: ἐν λαβεῖσας ἔχωστι, cautionem adhibeant, modo
aliam intrudendam esse, arbitrati sunt ^{b)}. No-
bis videtur simplicissima et verborum sensui ad-
commodatissima ratio esse, si verba τίς τῷ ποιή-
σῃ formulae εἰ δὲ μὴ adiungantur. Sic enim in-
terpretandi sunt bini loci in egregia illa tabula
graeca, qua testamentum Epictetae ad nostra
vſque tempora seruatum est, quamue IAN. GRV-
TERVS ^{c)}, postea vero correctiorem SCIP. MAF-
FEI ^{d)} in lucem ediderunt. In hac nempe ta-
bula inter alia et haec fancita sunt: μὴ ἔχετω ἔξε-
σιαν

B 2

y) vid DEVARIVS, de par.
ticulis, p. 119.

z) libr. I. p. 55.

a) Plut. p. 49. Conf.
LAMB. BOS de ellipſ. graec.
p. 380. ed. LEISNERI.

b) Conf. VIDERVVS de
idiotism. p. 395. ed HOO-

GEVENII.

c) theſ. inscript. p. CCXVI.

d) mus. Veron. p. XVI.

σίαν μῆτες, μήτε ἀποδόσθαι τὸ Μεσεῖον, μὴ δὲ χρῆσαι τὸ Μεσεῖον μηδενὶ -- EI ΔΕ MH, κωλυέσθω ὑπὸ τῇ ποιῶ -- nemo habeat potestatem, neque vendendi museum, neque museum hoc utendum cuiquam dandi, si vero fecus fecerit, aliter nempe, ac sancitum est, prohibeatur a collegio. Paullo post Epicteta, μὴ ἔχετω δὲ, pergit, ἐξεσίαν, μὴ δὲ ἐξενέγκαι τῶν ἐν τῷ Μεσεῖῳ ὄντων μῆτεν. EI ΔΕ MH, κωλυέσθω ὑπὸ τῇ ποιῶ τῶν συγγενῶν, nemo habeat facultatem exportandi quicquam eorum, quae in hoc museo sunt, si vero quis non fecerit hoc, id scilicet, quod ego volo iubeoque, prohibeatur ab adfinium collegio. Quae si quis referat ad verba Christi, sententia eorum ex ipso linguae graecae genio, quem hoc monumentum peruetustum egregie docet, plana erit ac perspicua. Non in fundi, inquit, solet vinum nouum in utres veteres. Si vero id, quod consuetudo fert, quispiam non fecerit, rumpuntur utres et vinum effluit cet.

CAP. VIII, v. cod.

Πήγανται οἱ αἰσκός.

QVAE de vtrium apud veteres vsu ad adseruandos liquores infusos interpres reliqui ad hunc locum in medium adulterunt, silentio praetermittimus. Iis tamen strictim et breuiter addere liceat, non deesse nobis effata antiquiorum scriptorum, ex quibus hic vtrium usus, qui in bello in primis ad transportandam aquam admodum frequens fuisse videtur, satis superque confirmari potest. Pertinent huc testimonia LIVII, libr. IIII. cap. 23. SALLVSTII de bello Iugurthino, cap. LXXXI. CORNELII NEPOTIS, vit. Eumen. cap. VIII. vt de reliquis taceamus. Deinde et hoc

hoc praeteriri a nobis haud debet, saepius in inscriptionibus mentionem *vtriculariorum* fieri, nominatim apud GRVTERVM CCCCXXXVIII. 5. iCXXXVIII. 7. CCCCXXVIII. 10. CCCCLXXXIII. 1. CXXXXVII. 8. MVRATORIVM 1CXXXI. 4. 5. 1CXXXII. 1. CICCX. 1. REINESIVM claff. XI. 36. et 64. SPONIVM miscell. erud. ant. p. 61. et SCHWARZIVM miscell. politior. humanit. p. 72. sq. esse tamen nondum satis certum atque expeditum, vtrum hoc vocabulo artificum genus, an nauiculariorum, fuerit designatum. Priorem sententiam defendit SERTORIVS VRSATVS, *comm. de notis roman.* p. 175. edit. Patauinae, putatque, vtricularios artifices fuisse, qui tales vtres ad conseruanda vina, aquas et id genus alia fluida conficerent. Posteriori doctorum virorum plerique addicti sunt, esse nempe vtricularios genus nautarum, exercuisse rem nauticam, sique eos dictos fuisse, quod nauiculis coriaceis vñi fuisserint. Hoc verissimum est, in monimentis antiquis haud infreueenter vtricularios nautis iungi, eorumque collegia, vt ex iisdem inscriptionibus patet, in iis locis potissimum fuisse, quae ad flumina aut mare iacuerint, et vbi res nautica floruerit. Verum et hoc haud improbabile nobis videtur, vtricularios eosdem fuisse, qui rem nauticam aequa ac artem, nauigia sua ex corio consuendi, exercearent. Quae si vera sunt, vti esse saltem videntur, quid probabilius est, eosdem et vtres conficere ad vina feruanda potuisse? Artem enim, nauigia coriacea sic consuendi, vt flumini imposta non mergerentur, prorsus eamdem cum illa fuisse, quae coria, vt liquores iis contineantur, consuit, quis non videt? Quae coniectura si haud admittitur, mi-

rum profecto videretur, artificii talis nuspia
in monumentis antiquis esse factam mentionem,
artificii inquam, quod propter frequentissimum
usum utrius sua corpora, sua collegia ubiuis
fere habere debuit e). Addimus ὡς εἰ παρόδω,
eiusmodi utrius *psalm.* LVI. 9. mentionem factam
esse videri, quum Dauides, ut lacrymae eius
in utrem colligantur, collectae numerentur, deum
precatur, idque eum facturum, spem se habere,
profitetur. Vasa lacrymatoria priscis gentibus
olim in usu fuisse, haud prorsus negari potest f).
Vates vero diuinus non eiusmodi vascula minuta,
qualia olim fuerunt, sed utrem exposcit, hoc-
que ipso lacrymarum multitudinem, ex multitu-
dine aerumnarum magnitudinem et grauitatem
aptissime designat.

CAP. VIII, 18.

VERSV 18. sq. huius capituli Iairi archontis,
cuius filiam seruator ad pristinam vitam reuoca-
uit, historiam litteris mandatam legimus. Quan-
toperce vero se fallant, qui archontes Iudeorum
eosdem cum archisynagogis fuisse, contendunt,
nullibi melius, quam ex inscriptionibus patet;
in quibus alterum officium ab altero manifeste
distinguitur. Talem nobiscum communicauit
GVDIVS, *in script.* p. CCLXIII. s. ALFIVS IVDA.
ARCON

e) de utriculariis vete- vaillon, Auenion, CICCO
rum vid. CHRIST. GOTTL. LXVI. 8.
SCHWARZIVS decollegio utri- f) vid. MAFFEI Veron,
culariorum p. 27. eius mis- illustrat. p. CLXIII. BERTO-
cellan. politioris humanitatis, LI antichita d'Aquileia p. 275.
p. 27, et CALVETVS dans et giornale de letterati d'
la dissertation sur un moni- Italia, tom. XXVIII. artic.
ment des Utriculaires de Ca- VIII.

ARCON ARCosYNAGOGVS. Qui Vixit
 ANN. LXX. cet. et aliam doctissimus ANTON.
 MARIA LVPVS diff. ad nuper inuentum Seuerae mar-
 tyris epitaphium p. 51. ENΘΑΔΕ. KEIT a I. ΙΟΥ-
 ΔΙΑΝΟΣ. ΙΕΡΕΥΣ. ΑΡΧΩΝ. ΚΑΛγμενος. ΚΑΡ-
 ΜΠΕΩΝ. ΤΙΟΣ. ΙΟΥΔΙΑΝΟΥ. ΑΡΧΙCΙΝΑΓΩ-
 ΓΟΥ, in qua Julianus pater sacerdos et *archon*,
 filius vero *archisynagogus* dicitur. Quae quum
 ita sint, noua seſe offert difficultas, si hunc
 MATTHAEI locum cum alio apud MARCVM, cap.
 v. 22. comparamus. Is ipſe enim Iairus, qui
 apud illum ἄρχων, apud hunc ἀρχισυναγωγος
 dicitur, quasi vnum idemque fuerit archontis et
 archisynagogi officium, quod tamen inscriptio-
 nes manifeſtē distinguit. Ad quam difficultatem
 tollendam, necesse est, vt vel archontem
 Iairum praefectum quoque synagogae cuiusdam
 fuisse, dicamus, vel vocabulo ἄρχων latorem
 tribuamus significatum, iſtudque quemuis praefectum
 rei vel instituti cuiusdam denotare posse,
 adsumamus. Vtraque ſententia habet, quo ſeſe
 defendat, posterior maxime, quoniam illi, qui
 in inscriptionibus graecis et romanis archontes
 iudeorum dicuntur, hoc munere in Asiae po-
 tissimum, extra Palaestinam, vrbibus functi sunt.
 In illarum multis iudei *ιστορομίας*, in Palaestina
 contra *αὐτονομίας* iure sub Romanis sine vlla pristi-
 ni magistratum status mutatione fruebantur. Ita-
 que videndum antea, vtrum in Palaestinae quo-
 que vrbibus tempore ſeruatoris tales archontes
 fuerint, quales in romani imperii extra Palaesti-
 nam prouinciis fuisse, legimus. Archontum ho-
 rum iudaicorum ſaepius alias in inscriptionibus
 facta est mentio, nominatim in insigni illa in-
 ſcriptione

scriptione graeca Berenicensi, a MAFFEO *g*) et BOVHIERIO *h*) in lucem edita, et a WESSELINGIO *i*) doctissime illustrata, tum apud ANTON. MARIAM LVPVM *k*) aliasque. Constituebant hi archontes in Asiae aliarumque extra Palaestinam prouinciarum vrribus magistratum ciuilem, idque ipsis potissimum negotii datum erat, ut popularium rebus bene consulerent, in controuer-
siis iudicum officio fungerentur viderentque, ne quid detrimenti ciuium suorum ordo capiat. Ea propter etiam in supra laudato marmore Berenicensi archontes hi et πολίτευμα Iudeorum arête coniunguntur, haud obscuro, ni fallimur indicio, illos ad ciuiles magistratus olim pertinuisse. Vnde quoque de dignitate eorum iudicare licet, quae, haud secūs ac consulatus, pro diuersa
vrbi amplitudine et dignitate non potuit non esse diuersissima. Archontes hos ab archisynagogis in inscriptionibus graecis distingui, supra diximus, archisynagogos vero eosdem esse, qui in eiusmodi marmoribus ΠΑΤΕΡΕΣ ΣΥΝΑΓΩΓΩΝ dicantur, exempli cauſa apud LVPVM epitaph. Seuerae martyris p. 51. et 178. admodum verosimile nobis videtur.

CAP. VIII., 23.

Ιδων τὰς ἀνταῖς καὶ τὸν ὄχλον Θορυβόμενον.

QVVM seruator in domum Iairi venisset, vi-
disse ipsum, ait MATTHAEVS, ἀνταῖς καὶ ὄχλον
θορυ-

g) antiquit. Galliae se-
lettis, epist. I, p. 6, coll.
epist. VII, p. 42.

h) explication de quelques
marbres, p. 30.

i) diatribe de Iudeorum
archontibus ad inscriptionem
Berenensem, Traj. ad
Rhen. 1515CXXXVIII. 8.

k) libro laudato, p. 140.

Θορυβίενον. MARCVS : θόρυβον, πλαύοντας καὶ
ἀλαζόντας πολλὰ. Addit uterque, omnes hos e-
conciavi, in quo puella defuncta iacuerit, a Chri-
sto expulsos esse. Quae hic sacrae historiac scri-
ptores de tibicinibus ad lectum mortui deque
ferali θορύβῳ habent, referunt se ad consuetu-
dinem Romanorum, quam Iudei sub horum im-
perio imitati esse videntur. Id iam alii fusius
exposuerunt; nobis quaedam his ex antiquis mo-
nimentis addere liceat. Quatuor nobis relictæ
sunt toreumata, in quibus hunc veterum morem
admodum egregie expressum, et sic quidem cer-
nimus, ut eorum contemplatione aliquid adferre
lucis nos posse credamus supra dictis vtriusque
diuini scriptoris effatis. Primum monumentum,
est vero, ut modo diximus, caelatum in mar-
more opus, ex Romanorum admirandis in splen-
didam suam antiquitatum συλλογὴν translulit
MONTEFALCONIVS ¹⁾. Adstant in isto ad lectum
mortui lugentes, inque his femina passis crini-
bus, manibus elatis, lugubri habitu, quae la-
mentatione, fletu et ciulatu cuncta implet, vna
forte praeficarum illarum, quae, ut est apud
HORATIVM,

*conductæ plorant in funere, dicunt
et faciunt prope plura dolentibus ex animo;*

Alterum toteuma est apud **SCIP. MAFFE-**
VM ^m) in quo moritura femina, (nondum enim
iam ultimum emisit spiritum, id quod infra scri-
ptum verbum MORITVR satis declarat) lecto
imposita cernitur, adstant pueri, cornicen alter,
alter tibicen, qui horum instrumentorum sonitu

B 5

for-

^{l)} antiquité expliqu. tom. ^{m)} muſ. Veronensi p. ccc
v. part. I. tab. I. p. 6. cxxi.

fortiori moriturae auribus obſtrepere videntur, ne maleficia audiat, queis, credebatur, animas numinibus infernis sacrari, aut ne, vt PLINIVSⁿ⁾ ait, *ipſae dirae obſtrepentes nocent.* Tertium et quartum monumentum itidem ill. marchio SCIP.
MAFFEI o) nobis ſuppeditat. Vtrumque exhibet mortuum, lecto impositum, circumſtant lu-
gentes, adſunt praeficæ, cornicines, tibicines,
quibus ſe, ad ſtrepitum augendum, adſociat ali-
quis, tympanum pulsans, haud obſcuro, yti vi-
detur, argumento, vt grauifimus olim, hono-
ris quoque cauſa, luctus propter mortuum eſſe
debuereſt, ita maxime circa defunctorum lectum
praeficas, cornicines, tibicines et ipſos adeo τυμ-
πανιστ̄is eſſe tumultuatōs. Ex his monumentis
MATTHAEI et MARCI verba quodammodo licet
interpretari. Quae ſi coniungim̄s, αὐλητας,
ὄχλον θορυβόμενον, θόρυβον, ηλαιοντας καὶ ἀλα-
ζοντας πολλὰ, commemoratos videmus. Apud
MATTHAEM^o i) αὐλητας referunt ſe, ad tibium tu-
barumque lugubrem cantum, ὄχλος vero θορυ-
βόμενος ad praeficarum lamentantium ſtrepitum,
eui forte, vt ex MAFFEI monumento vidimus,
tympanorum ſonitus admixtus fuit. MARCVS
contra quum aperte θόρυβον et τες ηλαιοντας καὶ
ἀλαζοντας fecerit, insuperque verba ferua-
toris, τὶ θορυβεῖσθε καὶ ηλαιέτε, addit; τὸ θορυ-
βον ad instrumentorum musicorum clangorem,
τὸ ηλαιειν ad parentum forte adſiniumque luctum,
τὸ ἀλαζειν ad inconditum praeficarum clamo-
rem referri ſe velle, haud obſcure colligi poſſe,
arbitramur. Vterque ſacer ſcriptor, omnes e
conclauſi, in quo defuncta puella iacuerit, expul-
los

ⁿ⁾ libr. xxviii. Conf. MAF-
FEI, loco memorato. ^{o)} ibid. p. cccxx.

fos a seruatore esse, memorat. Quae περίσταται itidem cum antiquis nostris monumentis conuenire videtur. Ex his enim luculenter videamus, ad ipsum mortui lectum eiusmodi strepitum factum olim fuisse.

CAP. X, 25.

Ἐτὸν ὁμοδεσπότην Βεελζεβὺλ ἐκάλεσας πόσω μάλλον τὰς σικιακούς ἀντὰς.

SATIS notum est, interpretum, quorum magnum numerum in scenam producunt IO. CHRIST. WOLFIUS p) et IO. CHRIST. KOECHERVS q), haud leuem esse dissensum, vtrum hoc loco Βααλζεβὺλ an Βααλζεβὼλ legi debeat. Sunt in his, qui Iudeos contemptus caussa idolum hoc, quod Βααλζεβὺλ, dominus muscarum, vocatum fuerit, Βααλζεβὼλ, leui mutatione τῆς β in τῷ λ, dixisse, quumque נָבָל Syris et Arabibus *stercus* significet, deum quasi *stercorum* nuncupasse, opinantur. Coniectura profecto acuta et ingeniosa, sed quae omni plane fundamento destituta nobis esse videtur. Veteres gentes, a vero numinis supremi cultu alienae, omne beneficiorum genus non solum diis suis acceptum tulerunt, sed eos quoque homines, qui rei alicuius utilissimae inuentione praecellare de genere humano meruerunt, ad astra tollere, eosdemque in diuis, ob summa beneficia, in homines collata, numerare soliti sunt, nulla habita ipsis rei, quamuis fordidae, ratione. Itaque habuerunt quoque deum *Sterculum*, *Sterculium*, *Sterculinum*, *Sterquinum*, qui a nonnullis singulare numen, ab aliis

Fauni

p) curis crit. et phil. in IV. euang. p. 184. q) anal. phil. et exeget. in IV. euang.

Fauni filius, a ceteris modo Saturni, modo Louis cognomen esse, credebatur. Ex Sterculo singulari deum facere videtur LACTANTIVS r). Colitur, ait, et Sterculus, qui stercoreandi agri rationem primus induxit, tum PRUDENTIVS s):

Ianum bifrontem et Sterculum colit Senatus.

Fauni filium contra Sterculum vocatum esse propterea, quod hominibus primus agris stercore foecunditatem conciliare monstrauit, PLINIVS t) memoriae prodidit. Augeas, inquit, rex in Graecia excogitasse traditur, diuulgasse vero Hercules in Italia, quae regi suo Sterculo, Fauni filio, ob hot inuentum immortalitatem tribuit. Saturnum contra ob idem beneficium, in genus humanum collatum, Stercutium dictum fuisse, testem habemus MACROBIVM u), apud quem haec leguntur: huic deo (Saturno) insertiones surculorum pomorumque educationes et omnium eiusmodi fertilium tribuunt disciplinas. Tunc Romani etiam STERCVLIVM vocabant, quod primus stercore foecunditatem agris comparauerit. Quum vero antiquissimarum gentium mythologia eadem fere est, quae Graecorum, quae Romanorum, nisi quod eadem beneficia suis numinibus sub aliis nominibus tribuere, et, quae hi saepe diuersis, illae vni eidemque deo adsignare soleant, quid probabilius, Accaronitas suo idolo beneficium stercoreandi agri pari ratione tribuisse, idemque idcirco Baalzebul vocasse? Iam vero, quae ratio alterius nominis Baalzebub sit, haud immerito quaeritur. Quam quidem nullibi melius, quam

ex

r) libr. i. diuin. instit. cap. nat.

s) p. 78.

v) libr. i. Sat. sermon.

t) Laurent. v. 450.

cap. 7.

u) libr. xvii. cap. 6. hist.

ex his PAVSANIAE x) verbis cognoscere licet:
 Φασὶ δὲ Ἡραιλεῖ τῷ Ἀλκυόνις, θύοντι ἐν Ὁλυμ-
 πίᾳ, διὸχλει μάλιστα γενέσθαι τὰς μυίας· ἔξευρόν-
 τα δὲ αὐτὸν ἡ καὶ ὑπ' αλλα διδαχέντα, Ἀπομνίω
 Σῦσαν Διὶ καὶ θώς αἰποτραπῆναι τὰς μυίας πέραν
 τῇ Ἀλφείᾳ, Λέγονται δὲ κατὰ τῶντα καὶ Ἡλεῖοι θύειν
 τῷ Ἀπομνίῳ Διὶ, proditum etiam est, Herculem,
 Alcmenae filium Ioui sacrificantem quin muscas abi-
 gere non posset, vel quod ei tunc primum in mentem
 venerit, vel quod tralatitium fuerit, abactori musca-
 rum, (Ἀπομνίοις Elei vocant) hostiam matasse,
 quin perlitatum esset, omnes repente muscas trans-
 Alpheum euolasse. Inde seruatum ab Eleis, ut ob
 abigendas ex Olympia muscas idem sacrum usurpare-
 tur. Habuit itaque Iuppiter cognomen Απομνίς
 apud Elienses, quod credebatur τὰς μυίας, quo
 vocabulo omne insectorum perniciosorum ge-
 nus, locustas in primis, veteres comprehendisse
 videntur, abigere, neque nocerent agrorum
 frugibus, auertere posse. Quid vero probabi-
 lius est, utrumque beneficium alterum, quod
 in arte, agros rite ad fertilitatem stercorandi,
 alterum, quod in depulsione et proscriptione
 insectorum, agris infestorum, situm erat, Accar-
 onitas suo numini iunctim, Italos alterum
 modo Saturno, modo Fauni filio, alterum Ioui
 tribuisse? Exempla non longe petenda sunt, si
 necessarium foret demonstrare, plura beneficia
 generi humano praestita apud alias gentes vni,
 apud alias pluribus vel numinibus vel homini-
 bus, post mortem ad astra sublati et in deorum
 numero collocatis, tributa fuisse. Itaque diuer-
 sa cognomina vnius dei apud Accaronitas fue-
 runt

x) Elias. prior. cap. XIV. p. 410.

runt Baalzebub et Baalzebul, et incongruum plane est, cum nonnullis interpretibus, alterum a Iudeis contemtus caussa factum esse, adfirmare. Vnde perinde est, siue hoc Accaronitarum numen Baalzebub, siue Baalzebul dixeritis.

CAP. X, 42.

Ποτηρίου Ψυχρῆ.

VOCABULVM ὄδωρ omissum esse, iam adnotauit BOSIVS libro suo *de ellipibus*, p. 215.. Verum effugit ipsum egregium illud marmor apud REINESIVM y), dignum profecto, cuius hic faciamus mentionem. Aurelia quaedam domina post mariti mortem seruum suum tori socium sibi iunxerat Osiridem. Moritur Aurelia et maritus seruus ipsi monumentum ponit, quo exhilarare mortuam suam dominam et coniugem studet. Εὐψύχει, inquit, Κύρια, νὴ δόσοι ὁ Οσίρις τὸ ΨΥΧΡΟΝ ΤΔΩΡ, bono animo esto, domina, dabit tibi Osiris tuus, ad te refrigerandum, aquam frigidam, quam ipsi olim vel ad mensam, vel in balneis ministrauerat. Quare vero Seruator noster aquae frigidae meminit, non calidae? Quoniam frigidae nullum plane erat pretium, non item calidae, quae in thermopolii non solum, sed etiam aliis in locis publice vendebatur. CONF. NONIVS de re cibar. p. 444. 445. ex recentioribus ANTON. PERSIVS *del beuer caldo, costumato degli antichi romani*, Venet. C1C1C1LXXXIXIIL. 8. LIPSIUS elect. libr. I. cap. 4. FREINSHEMIVS de calidae potu, Argentorati C1C1C3XXVI. 8. et tom. IX. thesauri antiquit. graec. GRONOVII et GEORG.

y) inscript. cl. XIV. 31. p. 731.

GEORG. CHRIST. GEBÄVERVS *de caldae et caldi apud veteres potu*, Lipsi. CICOCCLXXI. 8.

CAP. XI, 5.

Nεκροὶ ἐγέρονται.

Iis testimonii, quibus priscais a vero de cultu alienis gentibus haud prorsus incognitam fuisse post mortem vitam, demonstrari solet, nonnulla antiqua marmora addere liceat, in quibus saepe plurium numinum cultores ratione quadam, ore christiano nullatenus indigna, de futurae post obitum vitae spe loqui videntur. Apud MVRATORIVM^z) Laberius quidam in lapide suo sepulcrali, more tum visitato de se ipso loquens, QVOD FVERAM, inquit, NON SVM, SED RVRSVS ERO, QVOD MODO NON SVM. Ac propter ista quidem verba non defuere, qui Laberium hunc Christi sacris initiatum esse, suspicarentur, coniectura tamen improbabili, maxime quod in hoc lapide ARAE FLOKIBVS ORNANDAE diserte mentio fit, praeterea vero in ipso non Castorum solum imagines, sed vasorum quoque sacrificalia incisa sunt. Vero profecto videtur esse similius, aut Laberium hunc, quisquis fuerit, aut eos, qui lapidem hunc posuerunt, dum verba illa lapidi incidenda curarent, non tam *Ἐγέροιν* et *αὐάσαοιν*, quam *μετεμψύχωσιν*, id est, animarum post mortem in alia corpora transitum in mente habuisse. Alii *μετεμψύχωσιν* haud admiserunt, concederunt tamen simul animae post soluta corporis vincula perpetuam vitam, felicem piorum, impiorum infelicissimam. Qua in re admodum

pre-

^{z)} thes. inscript. p. 10CLXX. I.



profecto memorabile est Auli Egnatii Priscilliani monumentum sepulcrale apud IAN. GRVTERVM *a*) et IO. BAPT. FERRETIVM *b*): DVM VIXI, DIDICI, QVAE MORS, QVAE VITA HOMINI ESSET, AETERNA VNDE ANIMAE GAVDIA PERCIPIO. Verum et hic Egnatius non ipsum christianorum de mortuorum ad pristinam vitam reditu dogma in hac sepulcri sui ἐπιγραφῇ docet. Credere se quidem profitetur animae post mortem vitam perpetuam, sed hoc ipso non ανάστασι illam, qua in corpore nostro crassiori semina quasi subtilioris, per quod animae nostrae vires operabuntur, latere statuimus.

CAP. XIII, 45.

Ἄρωπος ἔμπορος ζητεύ καλὸς μαργαρίτας.

QVOD margaritae in summo apud veteres pretio fuerunt, erant singulares mercatores eorum, *margaritarii* dicti, qui non nisi margaritis mercaturas facere solebant. Saepius eorum mentio fit in inscriptionibus, ex quibus nonnulla his, quae iam de hoc argumento CHRISTIANVS BRÜNINGSIUS *c*) fusius disputauit, liceat adiungere. In libertis et seruis Liuiæ Augustæ apud GORIVM *d*) margaritarius quidam occurrit, qui, vt recte GORIVS *e*) monet, Liuiæ margaritis ad corporis ornatum erat praefectus. Unde quoque margaritarii tales ob summum mercaturaे suae pretium admodum diuites fuerunt,

qui

a) thes. inscr. p. CIOL. I. p. 435.

b) musis apidariis part. II. *d)* columbario libertor. et memor. XXXII. p. 128. seruorum Liuiæ Aug. p. 140.

c) adpend. ad comp. ant. *e)* ibid.

græc. ann. CICICCLVIII.

qui monumenta sua sepulcralia de suo fecerunt. Talis fuit **POBLICIVS** **HILARVS** apud **GRVTERVM**^f), talis c. **ASPANIVS** **CLYMENVS**, qui cum sua vxore libertos libertasque et seruorum familiam habuit, et cuius monumentum itidem **GRVTERVS**^g) nobis seruauit. Aliud tale L. **Nouii** **Sabini** legimus apud **FABRETTVM**,^h) qui ibidem et alia margaritariorum monumenta nobis seruauit ⁱ) inque his quoque c. **FVTII** **ZMARAGDI**^k), qui sat bene multos libertos libertasque habuisse videtur. Quanti pretii olim fuerint margaritae, vel ex eo patet, quod c. **IVL**. **CAESAR** Britaniam petiit spe margaritarum, vt apud **SVETONIVM** est, eius *vita*, cap. **XXXVII**. Vitellius autem talem vnonem, de aure matris detractum, pignori dedit ad itineris sumtus sibi comparandos, vt idem **AVCTOR** habet *vita* eius, cap. **VII**. In *Inditis* **ARRIANVS** notauit, margaritas plerumque triplici pondere auri rependi, qua de re videatur **SALMASIVS** exercit. **Plin. ad Solin.** p. **79I**. Quae de Cleopatra **PLINIVS** habet, eam absumisse in vna coena centies festertium, id est quingentos mille florenos, satis nota sunt, quam vt hoc loco repeti queant. Recte vero Plinius notauit, omnem dotem margaritarum esse in candore, magnitudine, orbe, laeuore et pondere, vnde satis patet, veteres probe perspexisse veras margaritarum virtutes, abque his earum premium definiuisse. Id quod nos eum in finem adducimus, vt margaritariorum olim discrimen suisse, ex eo pateat. Grandiores enim, quos licuit

C

^f) p. **LXIII**. 7.ⁱ) p. **100CI**. **Num.** **222**.^g) p. **CIOCXVI**. 9.^h) *ib.* **Num.** **228**.^k) p. **100C**. **Num.** **220**.

licuit perforare, erant in permagno pretio, cum quibus ditiones in primis mercaturas suas facere solebant; pauperiores contra minoribus, qui perforari haud potuerunt, solebant negotiari. Talis margaritarius fuit M. Vipsanius Primigenius, qui in inscriptione apud GRVTERVM ^{l)}) agitatoribus, sarcinatoribus et tutoribis adiungitur. Ex his omnibus patet, seruatorem nostrum loqui de margaritariis ditionibus, summum vero margaritarum pretium ex eo constat, quod hic mercator omnia, quae habuit, vendere debuit, ad comparandam sibi hanc margaritam.

CAP. XIII,

II.

Ηνέχθη ἡ μεφαλὴ ἐπὶ πίνακι.

MORE profecto veterum, qui obtruncatum capita iis solebant offerre, quorum intererat, necis se, viso capite abscisso, reddere certiores. Nota res est, Caesari in Aegypto Pompeii interfecti caput eodem fere modo traditum fuisse. 'Ο Καῖσαρ, inquit DIO CASSIUS ^{m)}, τὴν τὰς Πομπήιας μεφαλὴν ἴδων, κατεδάκρυσε καὶ κατωλοφύρατο, Caesar, Pompeii capite viso, illucrimauit et lamentatus est. Hoc autem ipsi oblatum esse, ex VALERIO MAXIMO ⁿ⁾ discimus; Pompeii caput — abscissum a corpore, inops rogi, nefarium Aegyptiae perfidiae munus portatum est, etiam ipsi victori miserabile. Ut enim id Caesar adspexit, oblitus hostis, socii vultum induit, cet. Idque iussu Ptolemaei regis, ut LVCANVS ^{o)} nos docet.

— sed

^{l)} p. CCCXXX. 2.

exempl. 10. p. 422.

^{m)} libr. XXXII. p. 183.

^{o)} pharal. libr. IX. v.

ⁿ⁾ memorab. libr. v. cap. 1. 1010.

— — — *sed dira satelles
regis dona ferens, medium profectus in aequor
colla gerit Magni, Phario velamine testa.*

Plura, quae ad eam rem spectant, EX PLVTARCHO, AMMIANO MARCELLINO aliisque scriptoribus addere nolumus. Contemplabimur potius antiqua monumenta, quae triste hoc spectaculum sic oculis nostris subiiciunt, ut non solum ea, quae de Pompeii capite scriptores veteres litteris consignarunt, sed etiam id ipsum, quod Matthaeus de Herodiade deque adlato capite Ioannis memoriae prodidit, admodum egregie illustrare videantur. Aliquot autem sculptae gemmae sunt, quas hic in subsidium vocamus. Primam suppeditauit LEONARDVS AVGVSTINVS p), in qua Achillas Aegyptius, qui Pompeium trucidauit, cernitur, sinistra manu huius caput in patina ostendens. Secunda in gemmis est EBERMAYERI, in huius *thesauro* q) aeri incisa. Eadem fere figura, idem Aegyptii, vel quisquis sit, habitus, qui in Augustiniana cernitur. Tertia est Stephanii, ab AVGVSTINOR) commemorata, quae Achillam nudum, genu coram Caesare flecentem ipsique in patina Pompeii caput adferentem, exhibet. Magis vero hoc facere videntur binae aliae, altera apud modo laudatum EBERMAYERVM s), altera apud LAVRENTIVM BEGERVM t). In illa conspicitur Iulius Caesar in sella triumphali, coram ipso idem Achillas, flexo genu, truncati Pompeii caput in patina

C 2 lib. memorat. p. 67^o

p) gemmis et sculpturis antiquis, part. i. tab. 169.

s) *thes. memorat.* p. 67^o

q) *thes. gemm. tab. III.*
num. 59.

s) *thes. gemm.* p. 40.

t) *thes. Brandenburg.*

tom. i. p. 220.

imperatori adferens, adstat ipsi a latere alias, Aegyptius forte facinoris socius, tenens in manu linteum, quo tectum fuerat caput Pompeii. Elegantissima autem est altera gemma, quam BEGERVS nobiscum communicauit. In ea stans visitur Caesar, laciniam attollens ad abstergendas lacrimas, quas doloris simulatione profundiisse eum ferunt veteres scriptores. Coram ipso Aegyptius est, vtroque genu terram tangens, qui victori occisi Pompeii caput porrigit et sic quidem, vt idem linteum, quo opera fuerat patina, expresserit artifex, demissum tamen et pendens de patina. Ac huius quidem linteui differente mentionem fecit LVCANVS *u*), apud quem *Satelles, dira regis* Ptolemaei dona fert Caelari, *colla* nempe Pompeii, *phario*, id est Aegyptio, seu potius Alexandrino *velamine tecta*, quo facto vt apud eundem poetam est *x*), breui habita oratione,

— — — — — *opertum*
detexit, tenuitque caput — — —

Iam vero, si haec omnia inter se et cum diuini scriptoris de Ioanne verbis comparare, si in simili facto rationem quoque agendi haud dissimilem fuisse, statuere quodammodo licet, duo sunt, quae nos hac in re antiquae illae gemmae doceare videntur. Alterum, non fuisse tabulam ligneam quadratam, in qua caput Ioannis adlatum fuerit. Quam sententiam fuisse olim videtur ERASMVS *y*), nullam fere aliam ob caussam, quam quod vocabulum *πίναξ* tabulam quoque soleat

u) *pharf. libr. viii. v.* *y*) *not. ad hunc Mat. 1010.* *thaei locum.*

x) *ibid. v. 1032.*

soleat significare. Lanx sine dubio fuit, seu patina, πίναξ itidem Graecis dicta, vt lexico-rum conditores, vt gemmae illae declarant. Alterum spectat ad velaminis siue lintei, in gemmis expressi, usum, quo abscissum Ioannis caput sine dubio testum fuit. Videntur vero hoc veteres decori causa fecisse et vt spectaculi horrem mitigarent, eumque a primo saltem oculorum sensu quodammodo auerterent. Quare admodum verisimile videtur, idem etiam tum factum et caput Ioannis, linteo obuolutum et patinae impositum, filiae Herodiadis et ab ista matri traditum fuisse.

CAP. XIII, 14.

Καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' ἀυτὸς.

VOCABULUM σπλαγχνίσμα in profanis scriptoribus frustra quaeri, qui ignoret, putamus fore neminem. Quae enim in contrariam partem ex II. Maccab. vi, 7. 8. ex SYMMACHO et testamento XII. patriarcharum adferuntur, nihil in hac causa, vt quilibet videt, efficiunt. Pertinent eiusmodi vocabula ad ἔγχωρια, siue ad ea, quae vni tantum in Graecia aut extra eam provinciae et regioni usitata fuerunt. Horum haud pauca in antiquis graecis marmoribus obuia sunt, in quibus, vt in noui foederis tabulis, τὸ ἔγχωριον ἥθος frequentius est, quam in scriptoribus profanis. Ne quid sine exemplis et testimoniiis adfirmasse videamur, ad antiquum prouocamus marmor Siciliae apud SCIP. MAFFEIVM z), ex quo aliquot vocabula, non nisi in hac insula olim usitata, in graecis scriptoribus nullibi obuia,

C 3

disci-

z) Gall. ant. select. p. 10.



discimus. Cuius generis sunt ἀλίσμα, διασπαγ-
μένος, κατεσενιαυτον, καταναγραφήσει cet. In egre-
gio illo Epitetae Spartanae testamento, quod mu-
seum Veronense a) ornat, verba ἐπίσσοφος, πλείμ-
ψα, πάραν, ἐπιμηνεία, ἐπιμηνένεν, συλλογευτικὸν
aliaque eius generis ἐγχώρια deprehendimus. In
alia inscriptione Smirnensi b), quae dialectum
prodit Ionicam, vocabulum ἄσαθμον usurpatum
reperimus, sine dubio non nisi a Smyrnensibus
olim usitatum. Eiusmodi verba ἐγχώρια, quod
plerumque popularia et extra suam prouinciam
seu regionen parum cognita erant, a scriptoribus,
qui linguae usum popularem a communi secerne-
re didicerant, non nisi raro admitti solent, inpri-
mis si non in ciuium tantummodo suorum, sed et
in extraneorum gratiam scribere voluerunt. Un-
de talia permulta periisse videntur, praeter illa,
quae scena olim conseruauit, quaeue nonnun-
quam in inscriptionibus nobis sunt relicta.

CAP. XVIII, 6.

*Οσ σκανδαλίσῃ ἔνα τῶν μικρῶν τέτων τῶν
πιζεύοντων εἰς ἐμὲ.*

IN inscriptionibus christianis quatuor potissi-
mum post seruatorem natum seculorum aliquo-
ties infantes fideles vocatos esse reperimus. In
lapide, haud procul ab Herculaneo effosso, c),
puella annorum quatuor fidem percepisse dicitur,
in alio vero apud GRVTERVM d) duo fratres
commemorantur, alter octo annorum, *nephys*,
alter

a) MAFFEI museum Vero- SINIVM adpend. ad not.
nense, p. XIII. Iq. Graec. p. XXXIII.

b) apud EVMDEM p. d) p. CIOLI. 9. coll.
XXXVIII. FLEEDWOOD syll. inscript.

c) apud EDWARD. COR. p. 376. num. 2.

alter septem, *fidelis* adpellatus. Huc quoque non immerito inscriptio referri debet, quam MVRATORIVS, e) deinde EDWARDVS CORSINIUS f) in lucem protraxerunt. Verba eius sunt: INNOCENTISPO QVEM ELECIT DOMS PAVSAT IN PACE FIDELIS X. KAL. SEPTEMBR, quae sic interpretanda esse, arbitramur: INNOCENTIS^{imo} PuerO QVEM ELEGIT DOMInuS, PAVllo SATrio (vel SATurio) IN PACE. FIDELIS *fæctus est die X. KALENDARUM SEPTEMBRIS*, rectius, ut nobis quidem videtur, quam EDWARDVS CORSINIUS, qui primum marmoris versum INNOCENTI SPIRITO legendum esse duxerat.

EST vero inter doctos viros haud leuis de eo dissensus, vtrum his formulis christianam fidem, an aliud quid designauerint, qui defunctis suis lapides istiusmodi sepulcrales olim posuerunt. Nostra quidem sententia tota res eo potissimum redire videtur. Primis quatuor post natum seruatorem seculis ii, qui eius amplexi fuerant religionem, ob acerbissima in christianum nomen odia studiose cauebant, ne in sepulcralibus saxis se suosque *christianos* adpellarent. Quum enim furibunda plebs saepius ea monumenta, quae odiosa principum, consulum aliorumque nomina inscripta habebant, comminuere ac turpissime violare soleret g), non sine causa christianorum coetui, ne idem triste fatum sui suorumque defunctorum lapides experirentur, erat ve-

C 4

ren-

e) *thes. inscript. p. circ. ccclxxxviii.* x. *inscr. 5. p. 601. ALEXANDER DE NIGRIS epift. ad CAPPONIVM, inserta MALVASIAE marmoribus. Fels-*

f) *adpend. ad notas Graecor. p. xxxiiii.*

g) *conf. REINESIVS, class. neis, p. 130.*

rendum, in primis, si plurium numinum cultores expressum in istis christianum nomen cernerent. Quid igitur erat faciendum? Rem ipsam modo certis quibusdam symbolis et figuris, lapidi incisis, modo notissima illa sigla ΙΧΘΥΣ, id est. Ἰησὸς Χριστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτῆρ^h), modo formulis nonnullis, quarum sententia profano coetui incognita erat, exprimere studuerunt, ut euersionis periculū hoc modo a suis monimentis auerterent. Vsi eam in rem sunt nonnunquam vocabulo ACCEPIT, scilicet baptismum, vt in MVRATORIANO i) lapide, in quo dicitur Crescentina vixisse annos XXXIII. accepisse (baptismum) IIII. cal. Iunii. Pro vocabulo accepit aliud lapis apud eumdem MVRATORIVM k) habet: CONSEQUVTA EST, nempe sacri fontis beneficium. Ibidem l) Eufronia legitur: NATA — PERCEPIT III. ID. APRIL. nempe lauacrum christianum. Apud FABRETTVM m) memoratur dies acceptio[n]is, qui certe non nisi de die, quo Kampanus sacro initiatu[s] fuerat fonte, debet intelligi. Neque fere aliter putamus explicari posse formulam: gratiam diuinam consequutus est, in egregio alio marmore christiano, quod BOLDETTVS n) aequē ac FABRETTVS o), hic tamen paullo corruptius, exhibuerunt. In primis vero, qui mysteriis seruatoris iniciati fuerant, sp̄ritum

^{h)} ex permultis, qui ea de re scriperunt, comendamus ANSELMVM COSTADONIVM sopra il pesce come simbolo di Ge[or]giu Cristo presso gli antichi Cristiani.

ⁱ⁾ thes. inscr. CICICCC
LXX. 4.

^{k)} p. CICICCCCCCLXXXVIII.

^{l)} p. CICICCCCCCLXXXVIII.
^{m)} inscripti[n]ibus dome-
sticis, cap. VIII. p. 563.

ⁿ⁾ osservazioni sopra i
cimiteri de SS. Martiri ad
antichi cristiani, libr. I.
cap. 14. p. 58.

^{o)} cap. III. num. 485.
p. 329.

ritum sanctum, siue, pro corruptissimo tum plebeio linguae latinae vſu, *spiritam sanctam accepisse*, in monumentis suis profitentur. Ac eo quidem perobſcurum marmor apud MABILLONIUM p) et FABRETTVM q) referendum esse ducimus. In hoc verba: *Leopardum in pacem cum spiritu sancto*, quae LVPI, CORSINII aliorumque ingenia satis exercuerunt, vix aliam fere, nostra quidem sententia, interpretationem admittere videntur, quam Leopardum hunc in pace cum spiritu sancto, id est, cum baptismo, postquam nempe hunc accepisset, ex hac vita migrasse. Eadem ratione explicanda sunt apud MVRATORIVM r) mariti cuiusdam verba, defunctae coniugi vltimum vale adclamantis: VALE MICHI KARA IN PACE CVM SPIRITA SANCTA. Consolatur nempe se maritus, quod cara eius vxor in pace cum spiritu sancto decesserit, id est, postquam fonte salutari in christianorum coetum fuerit recepta. Huc quoque pertinere, arbitramur aliud lapidem apud FABRETTVM s), quem Gemellinus posuit *Victoriae coniugi benemerenti ISSPIRITO SANCTO IN PACE.*

Vtrum formulae, in aliis Christianorum monumentis obuiae, exempli cauſa BION ΑΛΑΤΤΙ vitam mutauit, apud ARINGHVM t), post poenitentiam acceptam migravit ad dominum apud GRUTERVM u), NORISIVM x) et MAFFEIVM y) ali-

C 5

aeque

p) *itinerario Italico* p. 73.t) *Rom. subterr. tam. I.*

q) cap. VIII. num. LX. libr. III. cap. 22. p. 609. 2.

P. 574.

u) p. CIQXXXVIII.

r) p. CIQIQCCLXXII. n. 6.

x) *epist. consul.* p. 150.s) *inſcriptionib. is domesti-
cis, cap. VIII. num. LII. Epis,* p. 100. n. 18. i
p. 571.y) *Galliae antiquit. selec-*

aeque eius generis ad eiusmodi tacitam christiana religionis professionem, in primis ad baptismum, utpote illius signum, referri debeant, nolumus iam in praesenti inuestigare. Hoc tamen silentio a nobis praetermitti haud potest, in ipsa tum vistata formula: *spiritum sanctum accipere, πνεῦμα ἄγιον λαμβάνειν*, qua baptismum olim suum, ut supra diximus, christiani veteres designauerunt, latere forte alius difficilioris loci interpretandi aliquod subsidium. *A*fforum enim cap. XVIII. I. v. 2. verba PAVLLI: *ἐί πνεῦμα ἄγιον ἐλάβετε πιστάντες* hanc, vt nobis quidem videatur, per quam commodam interpretationem admittunt: *nun baptizati fuistis tum, quum ad christianorum sacra vos contulisti?* Quam formulam quum non intelligerent discipuli illi, ad quos Paullus tum loquebatur, respondisse dicuntur: se, vtrum spiritus sanctus existat, nunquam audiuisse.

CAP. XVIII, 17.

Οὐδεὶς αἴγαθός εἰ μὴ εῖς, οὐ Θεός.

SOLET nonnunquam seruator noster ad opiniones, dogmata, tum mores et ritus profanarum gentium, Romanorum in primis, inter quos tum Iudaei, ipsis Hierosolymis, viuebant, in sermonibus suis respicere z). In factis vero huius gentis numinibus, tantum non omnibus, erant, quibus olim per eminentiam honorum nomen fuit tributum. Qua quidem in re hoc certe quispiam mirabitur, neque Iouem, neque reliquos deos consentes *απλῶς*, sed nonnullos tan-

z) Exempla qui cupit, *Luc. XII, 30.*
legat *Matth. VI, 7. 32.*

tantummodo sub certis quibusdam cognomini-
bus, ad singulare beneficij genus se referentibus,
in primis vero alios inferioris ordinis, neque
in his multos, sed aliquos tantummodo prae-
ceteris hoc nomen tulisse, ut ex antiquis patet
marmoribus. Sic apud GRVTERVM a) tabula
legitur votiva, BONO DEO PVERO PHOS-
PHORO consecrata, quae etsi magnorum viro-
rum ingenia valde exercuit, Harpocratem aliis,
aliis Luciferum ἡραῖας Ἀφροδίτης οἰσέρα, bonaē
deae Veneris Cnidiae comitem indiuulsum, aliis
aliud numen Phosphori pueri nomine intelligen-
tibus, aliis totam rem se doctioribus examinan-
dam relinquentibus b), patet tamen ex hoc mar-
more

a) p. LXXXVIII, 13.

b) GRVTERVS marmor
hoc ex Clusii et Scaligeri
schedis dedit. Postea de
eo sententiam tulit BAVDE-
LOTIVS DE DAIRVAL libro
inscripto: *l'utilité des voya-
ges*, in addendis tomī I.
p. 213. huius pueri phos-
phori nomine, ratus, Har-
pocratem esse intelligentem
eam potissimum ob-
causiam, quod Harpocrates
e Larium numero fuerit,
quos Graeci ἀγαθοὺς δαμόνες
adpellauerint, tum propter
veterum de Harpocrate opini-
onem, eius nomine non
nisi solem indicari, qui
optimo iure φωφόρος dici
queat. Quae sententia non
admodum multum se com-
mendauit doctissimo CURE-
RO, et si meliorem dare

hand potuit, sed doctiorum
ingenii rem excutiendam
relinquit. Fecit vero id cel.
CHRISTOPH SAXIVS *lapidum
vetustorum epigrannimatibus*,
p. 27. puerique phosphori
nomine Luciferum ἡγενιούς
Ἀφροδίτης οἰσέρα, bonaē deae
Veneris Cnidiae (sic nempe
dicitur in lapide REINESII
class. I. num. 92. ex SPOΝΙΙ
miscellan. sect. III. num. 4.
p. 94. et marmoribus Oxo-
nienibus, num. XXXII. p.
34. emendando) comitem
indiuulsum intelligentem
esse, suspicatus est. Aliam
vero fouet sententiam eru-
ditiss. SPANHEMIVS, qui,
quod teste DIONE Chrysoſto-
mo Λυχαι τῶν ἀγαθῶν post
mortem in τῶν ἀγαθῶν δα-
μάνων numero habitæ fue-
rint,

more, in deorum coetu BONI DEI appellatio-
nem haud prorsus fuisse inusitatam. Magnam
matrem deum seu Tellurem, siue, vt alii in tan-
to veterum de diis dissensu volunt *c*), Cybelem
κυβηλήν BONAM DEAM a Romanis dictam esse,
qui ignoret, arbitramur fore neminem. Quo
quidem nomine dea ista, quaecunque demum
fuerit, admodum frequenter in prisca marmori-
bus, nominatim apud GRVTERVM *d*) EVDIVM *e*),
in marmoribus porro Pisarenibus *f*), tum et
apud MVRATORIVM *g*) aliasque occurrit, eadem
fine dubio, de qua PLVTARCHI *h*) verba inter-
pretanda sunt: ἡ γυναικία Θεός, ἡν Ἀγαθὴν κατ
λαστι. et quae in alio lapide GRVTERIANO *i*) BO-
NA DEA SANCTA est nuncupata. Vtrum vero
ab hac matre magna deum alia dea, BONA DEA
SANCTISSIMA CAELESTIS in lapide apud FA-
BRETTVM *k*) dicta, quam idem vir doctissi-
mus *l*) peculiare Africæ numen esse statuit, fue-
rit diuersa, aliis diiudicandum relinquimus, et
id modo addimus, nonnullis quoque aliis numi-
nibus honorificam hanc appellationem datam
fuisse, saepe incognitis, et, vt videtur, iis potis-
simum, qui ab incolis cuiusdam prouinciae vel
vrbis

rint, mortuum quemdam
puerum, Phosphorum no-
mine, idcirco sic appella-
tum esse arbitratur, *diff. xi.*
de usu et praef. numism.
tom. II. p. 336.

c) videatur MACROBIUS
libr. I. Saturn. Ierm. c. XII.
LACTANTIVS *libr. I. diuin.*
institut. cap. 22.
d) *thes. inscr. LXXXI, II.*
CCXXVII, I. CCXXVIII, g.

e) *inscript. XXX, I. LIII,*

I. 2.

f) *inscr. VI.*

g) *thes. inscr. CXXXIII. 2.*

4. 5.

h) *quaest. rom. tom. II.*

operum p. 268.

i) *p. LXXXII. I.*

k) *inscript. domest. p. 637.*

num. 318.

l) *ibid. p. 667.*

urbis aut pagi in tutelarium deorum loco numeroque habebantur et quibus plurimam beneficiorum diuinorum partem referebant acceptam. In horum forte numero **BONA** illa **DEA PAGANA** fuit, cuius lapis **MVRATORIANVS** *m)* fecit mentionem, ut alia eius inferioris ordinis numina, *genios bonos*, *ἀγαθούς δάμονας* silentio praetereamus. Ad quorum numerum, ni fallimur, heroes quoque et hominum praeclare meritorum post mortem animae referendae esse videntur, quas itidem in nummis, in marmoribus, et scriptoribus priscis *τῶν ἀγαθῶν Θεῶν* nomine insignitas deprehendimus. Ex nummis hoc potissimum pertinet *is*, qui Antinoo in diuos relato consecratus est, apud **EZECH. SPANHEMIVM** *n)*. In faxis vero litteratis hoc unum est *e* praecipuis, quod in Oxoniensibus habetur, foedus referens Hierapytenium ac Priansiorum *o)*, et, ut ea res fauste prospereque eueniat, *ἀγαθῷ ΕἼῳ* consecratum. Cum nummis et inscriptionibus consentiunt ea in re antiqui scriptores, nominatim **IVLIANVS** *p)* et **DIO CHRYSOSTOMVS** *q)*, qui animas bonorum, corporis vinculis solutas, **ΗΡΩΑΣ ΑΓΑΘΟΥΣ** dictas olim fuisse, disertis verbis adfirmant. De *bona fortuna*, de *bona spe*, virtutibus diuinitus cultis, deque *bono euentu*, deo a Varrone inter rusticos relato, merito tacemus, quum his numinibus istud *ἐπιθετον* per eminentiam in antiquis lapidibus tributum fuisse, nemini facile potest esse incognitum. Qua quidem in re hoc profecto mirum videri

m) p. cxxx, 3.

p) orat. I. p. 46. edit.

n) diff. XI. de *v/u* et **SPANHEMII**.

præst. numism. tom. II. p. 336. *q)* orat. III. p. 45.

o) marm. *Oxon.* p. 117.

videri cuiquam posset, diis maiorum gentium, consentibus in primis, in priscis lapidibus fere nunquam et, si aliquoties factum id fuerit, non *αἰτλῶς*, sed sub certis eorum cognominibus, quae vel ad gentis cuiusdam aut prouinciae tutelam, vel ad singulare beneficium, ab isto numine exspectandi, genus se referebant, ΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ nomen adsignatum fuisse. Ne quid sine exemplis dixisse videamus, prouocamus ad lapidem *MVRATORIIR*), qui non BONAE DIANAE, sed BONAE LVCIFERAЕ nomen praefert; sic vero Dianam nuncupatam esse, bina alia apud eundem *s*) saxa abunde confirmant. Sic porro nunquam, quoad nos quidem scimus, in priscis lapidibus Jupiter bonus deus appellatur, BONO VERO DEO BRONTONTI, quod cognomen Iouis fuit, consecratos lapides producunt *GRVTERVST* et *GVDIVS u*). Eamdem consuetudinem obseruare licet in aliquot lapidibus Veneri dicatis. Sola enim Venus Cnidia nomen hoc olim tulit, et BONA DEA est nuncupata in latinis pariter ac graecis inscriptionibus, quas *GRVTERVS x*), *GVDIVS y* et *HVMPHREDVS PRIDEAVX z*) dederunt. Ad quam etiam tabula votiva BONAE DEAE CNIDIAE, suppresso Veneris nomine, apud *GVDIVM a*) referenda esse, videtur.

vt vero eo, vnde digressa est, redeat oratio nostra, videntur veteres *τὰς αἴγαθὰς* adpellationem iis potissimum numinibus adsignasse, quae vel, in tutelarium loco numeroque sunt olim habita vel

r) p. xxxviii, 2.

x) p. lviii. 1.

s) p. xxxvii, 5. 6.

y) p. xxxviii. 10.

t) p. viii. 8.

z) marm. Oxon. p. 91.

u) p. lv. 5.

a) p. liv. 3.

vel a quibus singulare quoddam diuini beneficium aut in mortales curae genus exspectandum sibi esse, sunt arbitrati. Haec enim fuit veterum de summis, quos sibi finixerunt, diis opinio, curam eos totius huius, quam longe pateat, terrarum orbis in vniuersum quasi gerere, sic tamen, ut inferioris ordinis dii rerum humanarum essent inspectores, diuisio quasi inter hos munerum officiorumque ordine, ea lege, ut ab aliis aliud quasi beneficij caelestis genus debeat exspectari. His inferioris ordinis numinibus administracionem omnium bonorum, quibus homines in hac vita fruerentur, reliquam quasi ac commissiam esse, crediderunt, quumque ipsa hac beneficiorum, quibus praesentent, in genus humanum collatione, se propitos isti exhiberent, orta inde videtur consuetudo, his numinibus *τῶν ἀγαθῶν* nomen impertiendi. Itaque vel vlli mortalium in antiquis monumentis *τοῖς ἀγαθοῖς καὶ εὐχήν*, adpellationem tributam fuisse, nuspia recordamur, haud obscurò, ni fallimur, indicio, fuisse hoc cognomen sanctum, et, quasi aliquid ipsi inesset diuini, non nisi certis quibusdam, beneficis in genus humanum, numinibus peculiare et proprium. Consentient autem ea in re ipsi veteris Graeciae et Latii philosophi, qui ad vnum omnes hoc adfirmant, *τοῖς ἀγαθοῖς* nomen non in homines, sed in solos deos cadere. Vnde ad PLATONIS b) verba: *ὅτι Θεὸς ἀγαθὸς, ΠΡΟ-CLVS ὄντως ἀγαθὸς*, inquit, *καθὸ καὶ εἴτι Θεός, riuera bonus, quatenus deus est.* Vnde IAMBЛИCHVS c), Porphyrium et Genethliacos refutaturus

b) libr. II. de republ. p. 380. sect. I. cap. 18. p. 30. ed.
c) de myster. Aegyptior. GALEI.

turus, qui alios deos ἀγαθοτοις̄ alios κακοποιεῖς facere, ἀγαθοὶ inquit, εἰσὶν ἀπαντεῖς καὶ ἀγαθῶν αὐτοῖς ὄσσαντως, tum HERMES TRISMEGISTVS, vel quisquis auctor est notissimi illius libri πομάνδρης inscripti d): τὸ ἀγαθὸν, ἐν γδὲν. εἰ υἱὸν ἡ τῷ Θεῷ. μᾶλλον δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸς ἐξὶν οὐ Θεός, bonum in nullo est, quam in solo deo, quin immo bonum ipse deus. Ne vero obiiciat nobis aliquis, optimi et κρατίστα adpellationem hominibus olim, neque in priscis lapidibus infrequenter, esse tributam, probe tenendum est, graduum, quos grammatici positium et superlatium vocant, apud omnes fere gentes aliam esse rationem, quum de diis, aliam, quum de hominibus eosdem soleant usurpare, illorumque virtutibus positium frequentius, quam superlatium accommodari, ne pares hominibus, et ab his non nisi gradu differre videantur. Vnde facile intelligere licet, quare Maronitae in SAXO GRYTERIANO e) ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ΘΕΑΝ ΠΑΝΑΓΑΘΟΝ quam ΔΕΑΝ ΚΡΑΤΙΣΤΗΝ adpellare maluerint, haud profecto fere aliter, quam apud nos, verae religionis mysteriis initatos, qui deum verum potentem, omnipotentem frequentius, quam potentissimum solemus adpellare.

QVAE quidem omnia si rite expendimus, verba seruatoris nostri ea difficultate haud nobis videntur laborare, quam alii in iisdem, ut vel ex solo WOLFIO f) patet, reperisse sibi sunt visi. Primum enim non satis certum est et expeditum, vtrum homo iste, qui seruatorem nostrum vitae aeternae sibi comparandae caussa in consilium adhi-

d) cap. vi.

e) p. LVIII. 1.

f) cur. phil. et crit. ad hunc locum p. 283.

adhibere voluit, religione Iudeus, an Romanus fuerit. lvcas g) eum dicit ἀρχοντα, qui nempe publico cuidam muneri praefuerit, cui vero? vtrum porro apud Iudeos, an apud procuratorem Romanum eo functus sit? de eo prorsus tacent historiae euangelicae scriptores, sic ut nihil certi ea in re definiri queat, praesertim quum MATTAEVSh) et MARCVS i) ἑβα, quempiam, LVCAS τινὰ ἀρχοντα, praefectum quemdam απλως fuisse dicunt, nec quidquam adiiciunt, vnde probabili aliqua ratione et coniectura, qui iste fuerit, possit effici. Hoc tamen leuem aliquam nobis de religione hominis istius coniecturam videtur praebere, quod, quum seruator τῶν ἐντολῶν mentionem facit, se decalogi Iudeorum plane ignarum esse, haud obscure prodit, id quod profecto, si religione iudeus fuisset, ignorare nulla prorsus ratione potuisset. Vnde etiam non ἐντολας illas, sed ταῦτα πάντα, vt pote extensis quoque gentibus, quamquam non τῶν ἐντολῶν κατ' ἔξοχην nomine, satis cognita, seruasse se, respondit. Deinde hoc quoque probe tendendum est, eum non pio rectoque animo, sed adulacionis tantummodo caussa hoc fictis veterum diis proprium et peculiare τὸς αἰγαθὸς nomen seruatori nostro dedisse, et, ne quidquam assentationi deesset, flexo genu, vt MARCVS h) habet, eum compellasse. Quod quum animaduerteret seruator, assentatorem istum intuendo, τὶ με λέγεις, inquit, αἰγαθὸν mihiique, quem non nisi solum hominem esse putas, nomen impertis, quod apud plurimum numinum cultores non nisi diis solet tribui et adsignari. Ac recte id quidem,

D

g) cap. XVIII. 18.
h) ibid.i) cap. X. 17.
h) loco memorato.

dém, pergit quasi seruator, vni vero ac summo deo tribuitur, secus profecto ac apud alias gentes, quae tot sc̄ctis inferioris ordinis numinibus istud dare ac tribuere solent. Quae quidem omnia quam accommodate dicta sint, quis non videt, in primis si hoc fundamenti loco ponamus, assentatorem hunc iudaicae religionis expertem, et per consequens plurium numinum cultorem fuisse.

CAP. XX, 8.

Δέγει ὁ Κύριος τῷ ἐπιτρόπῳ αὐτῷ.

DE ἐπιτρόποις multa interpretes ex scriptoribus priscis. Nobis nonnulla ex graecis et latini marmoribus addere liceat. In his ἐπιτρόπων, ἔμονόμων, dispensatorum, arciorum, procuratorum aliorumque eius generis seruitorum mentio facta est, in quibus utrum aliquod fuerit discriben, et quale, paucissimis videbimus. Qui apud Graecos ἐπίτροποι, hi apud Romanos dispensatores dicti sunt, serui, quorum erat, mercenariis aes soluere, reliquas rei familiaris et domesticae impensas curare, tabulas accepti et expensi, sive, ut SVETONIUS¹⁾ ait, breuiaria rationum conficere, seruis, urbanae potissimum, tum, si in praediis esset, rusticæ quoque familiae τὸ σιτομετριον^{m)} adsignare et quae aliae fuerunt huiusce modi officii partes. Horum dispensatorum seu ἐπιτρόπων haud infrequens mentio est in inscriptionibus, ut ex LAVR. PIGNORIOⁿ⁾ IOSEPHO ROCCO VULPIO^{o)} et ANT. FRANC. GORIO^{p)} satis patet. Idem, ut videtur, qui

1) vit. Galb. cap. xii.

m) Matth. xxiii. 45.

n) de seruis, p. 150.

o) tabul. Antiat. p. 18.

p) columbar. serui. et li-

bert. Liss. p. 73. et 180.

aliis marmoribus *arcarii* dicti, quod crumena et arca, vnde ad necessarios rei familiaris sumtus pecunia erogaretur, ipsis credita fuit. Tales arcarii occurunt apud GRUTERVM q) MVRATORIVM r), SPONIVM s), EVER. OTTONEM t) aliosque. *Procuratoris* nomen latius quodammodo patuisse videtur, in Caesarum aulam inductum, multorum officiorum commune et, vt videtur, permultis datum, quibus suprema aliqua rei administrandae cura erat demar data. Testes sunt permulta inscriptio[n]es, apud GRUTERVM, MVRATORIVM et REINESIVM obuiae. Quumque nomen istud paullo videretur honorificentius, factum est, vt qui antea in priuatorum aedibus *dispensatores*, postea *procuratores* u) quoque dicerentur, non mutata tamen τὰ ἐπιτρόπους in graecis marmoribus adpellatione. Quare postea omnes peraeque procuratores, vt antea dispensatores, tam Caesarum quam priuatorum hominum, ἐπιτρόποι sunt vocati, id quod admundum luculenter patet, si Gruterianos lapides romanos, in quibus procuratorum, augustorum in primis, mentio fit, cum graecis, qui eosdem procuratores nobis τῶν ἐπιτρόπων nomine exhibent, comparare volumus. Dispensatores etiam οἰκονόμους x) vocatos esse, communis est doctorum virorum sententia, ex quibus ne iusto longiores simus, PIGNORIVM y) tantummodo, tum VVLPIVM z) et GORIVM a), nominasse, sufficiat

D 2

- | | |
|--|---|
| q) <i>in script.</i> p. CIII. II. | u) videantur <i>marmora</i> |
| cccclxiii. 2. | Pisana, p. 18. |
| r) <i>in cr. p. ICCCCLXXXVI. 5.</i> | x) <i>Luc. XVI. 1.</i> |
| s) <i>mijcellan. erud. ant.</i> p. 2II. | y) <i>de seruis</i> , p. 159. |
| t) <i>de aedilib. colon. et municip. p. 126.</i> | z) <i>tab. Antiat.</i> p. 18. a) <i>columb. Liu. Jeruor.</i> et <i>libertor.</i> p. 75. et 180. |



ciat. Videtur tamen inter utrumque seruile officium aliquod fuisse discrimen, tum, quum alterutri modo latior modo angustior significandi vis subiiceretur. Oeconomi enim praediorum, villarum et vniuersae familiae rusticae, tum reddituum ex agrorum fructibus curam supremam gessisse videntur. Sic ἐπιτρόπος non semper dispensator est, sed is, qui liberorum educationi a patre est praepositus, vnde verba Gal. IIII, 2. intelligere licet, quibus δικόνομος ab ἐπιτρόπῳ sati manifeste secernitur. Neque vero et hoc negligi debet, pro cuiusuis rei familiaris statu, conditione et amplitudine vel singulis officiis singula praefuisse mancipia, vel in uno plura fuisse coniuncta, sic tamen, ut unus ille seruus, pluribus negotiis praefectus, ab uno, reliquis honoratori, nomen gereret. Vnde fieri fere alter haud potuit, quam ut ipsis officiorum nominibus modo latior modo angustior tribueretur significatus.

CAP. XXI, 12.

Tας τράπεζας τῶν κολλυβισῶν κατέστρεψε.

MENTIO hic fit τῶν κολλυβισῶν, de quibus haud immerito quaeritur, quod hominum, quodue negotiatorum genus fuerint. Qua in re hoc potissimum est tenendum, in antiquis monumentis vocabulis κολλυβισῆς, τράπεζῆς, περιμετρίης, nummularius, argentarius, mensarius, modo eundem fere, modo diuersum significatum fuisse subiectum. Eam vero ob causam id potissimum factum esse videtur, quod ii, qui alterum mercaturaे genus exercebant, altero vix tuto poterant carere, et qui pecunias fo-

nori

nori dedere, haud fecus ac ii, qui argento permutando quaestum sibi pararunt, metalli huius, siue cuſum id eſſet siue fuſum, bonitatem eiusque pro diuersa vilioris aeris admiftione diuerſum pretium probe debebant habere perspectum. Accidit etiam, vt, qui argenti explorandi artem tractarunt, hi modo nummis commutandis, modo pecuniis in foenus ponendis lucrum sibi facerent, id vero quaefus genus modo priuato nomine exercent, modo artem ſuam δοκιμαſι-κὴν mensariis facerent venalem, aut monetae praefectis praeberent operam. Vnde haud mirum, fi illa vocabula, quae ſupra poſuimus, in prifcis monumentis haud raro inter ſe permutata neque vna ratione uſurpata eſſe videamus.

QVAE quidem cuncta, vt rite teneamus, nummularii, qui priuatim negotiati olim ſunt, ab iis, qui publico nomine et officii cauſa hoc fecere, haud immerito diſtinguendi eſſe videntur. Diſcemus primum de nummulariis, qui ad primum genus debent referri.

FVERE olim αργυράριοις, κολλυβισαι, latine nummularii dicti, qui monetam cum moneta grandem cum minuta, vetuſtiorem cum recen- tio- re, rariorem cum vilore, aliam cum alia, nummos porroasperos cum tritis, pro cuiuslibet uſu et voluntate, lucri cauſa permutarent b).

D 3

Horum

b) si originem vocabulo- tores comparamus, κολλυ- rum graecorum ἀργυράριοι, βισαι et κολλυτισαι minutis βοι, κολλυβισαι, κολλυτισαι et monetis negotiati ſunt eas- latini nummularius ſpecte- que pro grandioribus red- diderunt. Verum, vt omnes mus cumque iisdem HE- rationes docent, latius SYCHIVM, SVIDAM, IVLIVM POLLUCEM aliosque glos- ſarum et lexicorum condi- qui

Horum nummulariorum aliquoties in inscripti-
nibus fit mentio, quumque plures simul et Ro-
mae et in prouincis essent, haud raro eorum
habitationis locus simul notari nominib[us] que
eorum adiungi solet. Huius generis fuit T. FLA-
VIVS GENETHLIVS, *nummularius de basilica Iulia*,
apud GRVTERVM c) SALVIVS SECUNDVS, num-
mularius de circo Flaminio apud VIGNOLIVM d) et
MVRATORIVM e) aliique plures, quos laudati
viri, nominatim *GRVTERVS* et *MVRATORIVS f)*,
ex antiquis marmoribus in lucem produxerunt
publicam. Ac horum quidem nummulariorum
praecipuum negotium fuit, vt argentum cuius
permutarent, qua in re duo sunt, in quibus di-
ligentia eorum versari olim quaestus causia sole-
bat. Primum enim illud monetae genus, quod
quisque cum vsus ciuilis tum negotii caussa opta-
bat, peregrinis in primis, monetam loci aut pro-
uinciae quaerentibus, procurare solebant. De-
inde peregrinam monetam cum visitatore permu-
tando, nummos cuiusvis generis rariores, pri-
scos, regum potissimum antiquorum et alios,
qui apud peritos in magno erant pretio, collige-
re, ex prouinciis Romam deferre et iisdem no-
num quaestum apud earum rerum amatores fa-
cere, antiquatum vero pecuniae genus et extra
vsuum positum ad monetas et officinas argenta-
rias deferre, delati cuiuslibet verum pretium de-
finire solebant. Ex quo quidem, ni fallimur,
caussa

qui cuiusuis generis monetas commutarunt, complexu suo tenuisse, videatur.

c) CCCXXXX, I.

*d) inscriptionibus selectis,
additis eius diss. de columnis*

Antonini Pii, p. 341

e) thes. inscr. p. 100000
LXXXV. 8.

LXXXV. 8.
f) an

1) apud GRVTERVM p.
153357. sq. apud MVRAT-
TORIVM p. 155555551. 2

causa patet, cur in antiquis monumentis haud raro nummulariorum et argentariarum officinarum facta sit coniunctio, tum quae huius consociationis ratio fuerit et cur porro, ut vnicum exemplum adferamus, P. LOLLIUS MAXIMVS apud GRVTERVM g) nummularius primus officinae monetariae argentariae, vtpote quae ab aurariis distingui olim solebat, dictus fuerit. Rariores autem nummos, peregrinos in primis, Romae quaesitos, iisdemque dona Saturnalibus facta fusile, luculenter nos docuit SVETONIVS h). De AVGUSTO enim, *Saturnalibus*, inquit, — *munera diuidebat, vestem, et aurum et argentum, modo nummos omnis notae, etiam veteres regios ac peregrinos*, quae verba CASAVBONVS interpretaturus peregrinos illos, quos AVGUSTVM diuississe, SVENTONIVS refert, nummos DARII, PHILIPPI, tum Siclos, et nummos victoriatos, ex Illyrico adiectos i) idque genus alios fuisse, rectissime censuit. Quis hic non statim suspicabitur, in nummulariis nostris Hierosolymitanis fuisse quoque, qui in tanta paschatis tempore peregrinatum et ex dissitis prouinciis vndiquaque hoc confluentum multitudine nummos graecos aliorumque populorum raritatis causa colligerent, quaestus sibi faciendi causa, Romae in primis, ubi ipsi imperatores talia collegerunt iisdemque munera earum rerum amatoribus fecerunt gravissima.

VERVM id negotiationis genus non solum fuit, quo occupare se solebant nummularii nostri. Fraudationis enim causa fuisse fuit, ut non so-

D 4

lum

g) p. 10cxxxviii. 2.

i) PLINIVS hist. nat. libr.

h) vit. eius, cap. LXXV. XXXIII. cap. 13.

lum ipsorum nummorum eorumque cum pretiis,
tum raritatis sibi adquirerent scientiam, sed etiam
artem argenti explorandi probe cognitam habe-
rent ac perspectam. Indaganda nempe fuit ar-
genti bonitas, num purum id esset aut alio me-
tallo magis minusue mixtum et adulteratum, vn-
de, si ab ipsa raritate discedamus, verum mo-
netae cuiuslibet pretium definiri debet ac diudi-
cari. Egregius locus est APULEII k): ne forte
aliquis iſtorum, quos offers, aureorum nequam, vel
adulter reperiatur, in hoc ipſo ſacculo conditos eos
annulo tuo praenota, donec altera die NVMMVLARIO
praefente comprobentur. Pecuniis enim in foenus
locandis nummularii nostri adhibiti, qui effent,
vt MENANDER l) ait, nummorum δονιμασαι,
ſive, vt in aliis scriptoribus graecis, αργυρογνω-
μones, et explorarent pecunias, quae inter pri-
uatos aut mutuae fumerentur, aut sumtae re-
ſtituerentur, vt par effet mutui et redditi
pretium.

QVA quidem in re, vtrum argentarii olim a
nummulariis diuersi fuerint, haud immerito
quaeritur. Adfirmatur id a doctis viris, inpri-
mis a lexicorum conditoribus, qui argentarium
ſic nobis describunt, vt inter hunc et nummu-
larium nullum fere diſcribenſe olim videa-
tur. Antiqua vero marmora aliud docent, hoc
ſaltem declarant, latius argentarii, quam num-
mularii vocabulum olim patuiffe. Si, quid
nos ſentiamus, dicendum nobis fit, argenta-
rii argentum rude ad vſum praepararunt,
quumque alijs eiusdem effet ad monetam, alijs
ad vasa omnisque generis ſupplectilem conſi-
cien-

k) libr. x. metamorph. l) fragm. v. 254. p. 232.
p. 177. ed. Lugd. Bat. edit. CLERICI.

ciendam, duplex olim fuit argentiarum genus. Alterum eorum, qui argentum in officinis monetariis signarunt, alterum, qui in argentariis officinis ex eodem metallo vasa elaborarunt. Unde duplex quoque officinarum argentiarum genus Romae olim fuisse, marmora confirmant, monetiarum alterum, alterum vasculiarum. Illarum mentio fit in GRVTERIANO *m*) lapide, qui nummularium commemorat OFFICINAE MONETARIAE ARGENTARIAE, haud obscurō, ni fallimur, indicio, argentarios monetarios esse a nummulariis monetae secernendos, haud secus ac argentarios vascularios, quorum memoriam in pluribus lapidibus, nominatim apud GRVTERVM *n*), REINESIVM *o*), SPONIVM *p*) et MVRATORIVM *q*) conseruatam legimus. In his officinis vasculariis, quae ad priuata potissimum, monetariae contra omnes ad publica instituta pertinuisse videntur, praesto fuerunt: excōtores, (male in Reinesiano lapide *III. 88.* exceptores) scilicet argenti, suppostores, malitiatores, flatuarii monetarum (GRVT. CIO LXX. I. 10CXXXVIII. 4.) tum ἀργυρεψηταὶ, χωνευταὶ, itemque, nisi nos aliud REINESIANVM marmor *r*) fallit, tritores argentarii, immo nummularii priuati, si id coniicere licet ex lapide quodam

D 5

m) p. 10CXXXVIII. 2.*n*) p. 10CXXXVIII. 3.*o*) claff. III. inscr. 88.*p*) miscell. erud. ant. p.

218. Dicuntur ibi fabri argentarii.

q) p. 10CCCCXXXV. 5. p. 10CCCCLXI. 5. Saepe argentiariorum απλῶς mentio fit, exempli gratia apud

GRVTERVM p. 10CXXXIX. 2.

3. 5. 6. p. CIO XVII. 2. REI-

NESIVM cl. XI. inscr. 85.

MVRATORIVM p. 10CCCCXX

XVIII. 5. 10CCCCXXXV. 3.

10CCCCCLXII. 4. et 10. Vi-

dentur autem hi omnes

vascularii fuisse.

r) cl. XI. inscr. 97.

dam sepulcrali s) quem *L. Sueſtilius Clarus*, AR-
GENTARIUS AB SEX AREIS *L. Sueſtilio Laeto* NVM-
MVLARIO eiusdem loci posuit. Quam vero ob
cauſsam nummularii his officinis priuatis adſciti
olim fuerint, non immerito quaeri potest? Vt
non tamquam nummularii, ſed tamquam *ἀργυρο-*
γνώμονες cuiuslibet eo delati argenti, ſi ipſi ar-
gentarii vascularii artem *δοκιμασικήν* haud rite
didicerant, bonitatem explorarent. At argen-
tarii tamen in priscis scriptoribus haud ſecus ac
nummularii pecuniis mutuo dandis vel accipien-
dis rationumque tabulis conficiendis adhibiti le-
guntur? Reſte id quidem, modo hoc teneatur,
nonnullis argentariis et nummularii artem illam
δοκιμασικήν communem fuſſe, illorumque haud
paucos eam vel ideo didiciffe videri, vt in ſuis
officinis eo tutius nummulariorum opera carere,
et ipſi id, quod apud alios nummularii, facere
poſſent. Quae ſi rite expenduntur, facillimo
negotio ratio cognoscitur, non ſolum, quare
argentarii et nummularii, quatenus vtrique *ἀρ-*
γυρογνώμονες erant, aeque adhibiti olim fuerint
pecuniis mutuis annumerandis, appendendis,
tabulis accepti, dati, expensi conficiendis, ſed
etiam, quare vtrumque hominum genus ob com-
munem, quam profiteri solebat, monetae explo-
randae artem inter ſe confuſum ac permixtum
fuerit. Ex iis, quae iam diximus, haec poti-
ſimum patent. Nummularii priuati fuerunt *ἀρ-*
γυράμοθοι, et *κολλαθίσαι* et quaefum ſibi fece-
runt nummis permutandis. Ne vero deciperen-
tur, neceſſe fuit, vt et *ἀργυρογνώμονες* eſſent ac
cuiuslibet argenti; bonitatem probe haberent
cognitam. Vnde factum eſt, vt et argentarii
vascu-

s) *inſcr. domeſt.* p. 649. num. 420.

vascularii in officinis suis priuatis eorum opera tanquam ἀργυρογνάμονες, si necesse fuit, vterentur. Ac hi quidem nummularii priuati, qui officinis argentariis vascularii praefecto fuerunt, cum nummulariis monetae, qui publico officio functi sunt, neutiquam debent confundi. De quibus iam pauca addere liceat.

REPERIMVS nempe nummulariorum nomen non solum in officiis domus augustae, sed etiam in aliis marmoribus, in quibus eosdem cum aliis, qui officiis publicis functi sunt, sic iunctos deprehendimus, vt idem fere de nummulariis nostris suspicandum esse videatur. Sic Liuia in seruorum suorum familia nummularium habuit TI. IVLIVM IVCNDVM, vt ex eius lapide sepulcrali apud GORIVM t) et MVRATORIVM u) constat. Hie nummularius forte nummorum rariorum colligendorum curam habuit, officio suo probe distinguendus ab iis, qui in inscriptionibus rei monetariae publicae adhibiti leguntur. Hi singulare officium in officinis monetariis administrarunt et ad officinatores publicos rei nummariae pertinuerunt. Fungebantur officio suo auctoritate publica sub certis praefectis, qualis liberae reipublicae tempore Romae triumviri monetales, triumviri mensarii, tribuni aerarii, in provinciis curatores pecuniae publicae x); tempore vero augustorum caesarum procuratores monetae fuerunt. Vera nos dixisse, visitatae in priscis lapidibus de his nummulariis formulae confirmant.

In

- t) columbario libertor. et x) GRUTERVS p. CCCLV.
 seruor. Liuiae Augustae, 3. CCCXXVIII. 6. CCCCL.
 p. 164. 5. CCCLXIII. 3. CIOXXV. 12.
 u) thes. inscript. p. IOCCCC MVRATORIVS CCCCLXXXI. 6.
 VIII. 5. CIOXXIII. 5.

In his enim occurunt: OFFICINATORES ET NVMMVLARII OFFICINARVM ARGENTARIA-RVM *y*), NVMMVLARII PRIMI, NVMMVLARII SECUNDI OFFICINARVM MONETARIARVM *z*), NVMMVLARII MONETAЕ *a*). Quae et alia *ἐπιβετα* haud obscure, arbitramur, nos docent, a nummulariis monetae diuersos fuisse, horumque officium apud monetam in eo sine dubio fuisse positum, vt argenti signandi bonitatem explorarent, viderentque, vtrum purum esset, an minus, tum quantum alieni aeris admixtum esset, vt monetarum pretia interna semper sibi essent paria.

EX officinis monetariis argentum signatum ad *mensam* deferebatur, hoc est, si rem ipsam spe-
citemus, ad commercium nummarium publicum. Hae publicae magistratus auctoritate constitutae mensae LVC. XVI I I I. 23. quibus mensarii *b*) siue, vt apud MATTHAEVM est, *τραπέζαι* praefuerunt, cum mensis priuatis, *τάξ τραπέζαις τῶν κολυ-βισῶν*, id est, cum tabulis, in quibus nummularii pecuniam commutandam numerarunt, Matth. XXI. 12. Marc. XI. 15. Ioann. II. 15. neutiquam debent confundi. Hi nummularii, quorum in dictis effatis mentio fit, priuati tantum homines fuerunt, non nummularii illi monetae, de quibus paullo ante diximus. Illi, priuati nempe, tantum in sacris litteris posterioris foederis occurunt, dicunturque plerumque *κολυνθισματι*, et a IOANNE cap. II. 15. *κερματισματι*, quod vocabulum *ἀπὸ τῆς κέρματος*, vti illud *ἀπὸ τῆς κολ-λύβης* descendit, vtrumque vero parem habere signifi-

y) GRUTERVS p. XXXXV. 3. p. CCXXXV. 7.

z) IDEM, p. ICCCCXVIII. 2. *b*) MVRATORIVS XVI. 5.

a) IDEM, p. ICCCCXVIII. 7. ICCCCX. coll. REINESIO cl. IV. ICCCCXVIII. 3. et GVDIUS in cr. 4.

significatum et minutam denotare monetam, lexiconum auctores docent.

CAP. XXII, 3.

*Καὶ ἀπέσει τὸς δόλως ἀντοῦ παλέσαι τὸς
κειλημένες εἰς τὸς γάμους.*

REX, conuiuum nuptiale filio suo daturus, seruos suos misisse dicuntur, qui conuiuas ad nuptias vocarent, παλέσαι τὸς κειλημένες εἰς τὸς γάμους. Hoc iam satis cognitum est et exploratum, vocabula παλέῖν et φωνεῖν de inuitatione ad conuiuia olim esse usurpata c). Neque hoc praeterierunt interpretes Matthaei, fuisse in regum, principum, ditorumque hominum seruis, quorum singulare fuit officium, amicos domini ad prandia et coenas inuitare. Ac hi quidem sunt, qui olim, ἀπλῶς κλήτορες, ab ΑΘΕΝΑΕΟ d) ὄνοματοκλήτορες, a LVCIANO e) et in δειπνοριτικοῖς ARTEMIDORI f) δειπνουκλήτορες dicuntur, eodem fere modo, quo Latini, Graecos imitati, huic seruorum generi *vocatorum*, *in uitatorum* et *nomenclatorum* nomen solent tribuere. Horum *vocatorum* mentio fit apud PLINIVM g), SENECA h), SVETONIVM i) et MARTIALEM k), *in uitatorum* apud EVMDEM l) *nomenclatorum* vero

apud

c) vid. STVKIVS ant. f) p. 24. ed. RIGALTII
conuiual. libr. II. cap. I. g) libr. XXXV. cap. 36.FESSELIVS aduersar. sacr. h) libr. III. de ira; cap. 37.
tom. I. p. 323. SCHWARZ tom. I. operum, p. 151.ZIVS comm. crit. linguae gr. i) vit. Caligulae cap.
p. 719. aliisque plures. XXXVIII. tom. I. operum,

d) dipnosoph. libr. II. cap. 8. p. 591. ed. PITISCI.

P. 47. ii) libr. VII. epigr. 85.

e) de mercede conductis, p. 533. ed. RADERI.

tom. I. oper. p. 453. edit. iii) libr. VIII. epigr. 93.

GRAEVII.



apud **AMMIANVM MARCELLINVM** *m*), **SEN E-
CAM** *n*), **PLINIVM** *o*), et **PETRONIVM** *p*) poste-
riorum sic, vt, collatis inter se scriptorum,
quos nominauimus, effatis, duplex istis datum
fuisse officium, haud obscure pateat. Non enim
solum coniuias inuitarunt, et, quum praesto
essent, cuilibet sedes suas adsignarunt, singulis
nominatim euocatis, sed etiam, quum adfedis-
sent epulantes, peregrinorum ciborum nomina
et conditionem eos quoque docuerunt. Quod
quidem posterius ex **PLINII** et **PETRONII** effatis
manifeste colligi posse, arbitramur. Sed, ne
in alienam messem falcem immittere videamur,
merito de his aliisque rebus, quae ad hoc argu-
mentum spectant, tacemus et pro more nostro
prisca marmora contemplamur, utrum in his
istorum vocatorum, quorum apud Matthaeum,
facta sit mentio. In inscriptionibus *vocatorum*
nomen occurrere, haud recordamur, *invitato-
rum* vero, tanquam *συνωνύμοις*, aliquoties, no-
minatim apud **GRVTERVM** *q*), apud quem lapis
sepulcralis **AGATHOPI**, **AVGG.** **LIB.** **INVITATORIS**
memoriam commendat, idem lapis, quem ad-
modum corruptum et depravatum ex **DONIO
MVRATORIVS** *r*) repetiit. Eiusdem Agathopii
monumentum aliud conseruatum nobis est, Flo-
rentiam in Gaddiorum hortos Roma sine dubio
delatum: **AGATHOPVS.** **AVG.** **LIB.** **INVITATOR**
cet. *descriptum et editum ab ANTON. FRANC.*
GORIO *s*), repetitum postea a **MVRATORIO** *t*).
Ali-

- m)* *libr.* **XIII.** *cap.* **6.** *p.* **28.** *p)* *satir.* *cap.* **XXXVII.**
ed. **GRONOVI.** *p.* **293.** *ed.* **BVRMANNI.**
- n)* *epift.* **XVIII.** *tom.* **II.** *q)* *p.* **IXCIVIII.** *6.*
operum *p.* **72.** *r)* *p.* **ICCCCCXXXVI.** *3.*
- o)* *libr.* **XXXVII.** *cap.* **6.** *s)* *in inscriptionibus antiquis*

Alius in Liuiiae Auguftae feruorum familia inuitatoris, Philippi nomine, mentionem facit lapis sepulcralis apud **GORIVM u**), ex quo eundem in thesaurum suum transtulit modo laudatus **MVRATORIVS x**). Plura eius generis monumenta, in quibus inuitatores commemorantur, quoad nos quidem scimus, obvia haud sunt, nisi forte huc referre velimus tabulam marmoream egregiam, a meritissimo **GORIO y**) in inscriptionibus Etruriae in lucem prolatam. In hac lectiſternium quotannis imperatum est natalibus Auguſti et Tiberii Caſarum, ſic ut, *priuſquam ad vefcendum decuriones irent, thure et vino genii eorum ad epulandum ara numinis Auguſti INVITAREN-TVR.* Nomenclatorum quidem in priscis faxis mentio fit, ſed non eorum, de quibus ſupra di- ximus. Fuerunt olim alia officia, quorum praefecti id nomen gesserunt. Sic legiuntur in eiusmodi monimentis: **NOMENCLATORES CENSORII**, qui ciuium, bona ſua apud cenſorem non profitentium, nomina indicabant, ut in tabulas censuales referri cogerentur **z**), **NOMENCLATORES** porro **THENSARVM a**), qui pontifici ma- ximo ad thensarum ordinem disponendum praefto fuerunt.

CAP.

in Etruriae urbibus, tom. I. urb. tom. I, p. 316.

p. 195.

t) p. 10CCCCLXXXV. 7.

u) columb. libert. et fer-
uor. Liuiiae Aug. p. 192.

x) p. 10CCCCXII. II.

y) in ſcript. quas in Etrur.

z) vid. **PANCIROLLVS not.**

dign. imp. occid. cap. III.

a) conf. **GVTHERIVS de**

vet. iure pontif. libr. II. cap.

14.



CAP. XXII, 16.

*Kαὶ ἀποσέλλεσιν αὐτῷ τὸς μαθητὰς αὐτῶν
μετὰ τῶν Ἡρωδίανῶν.*

PHARISAEI misse ad seruatorem dicuntur τὸς μαθητὰς αὐτῶν μετὰ τῶν Ἡρωδίανῶν, ut captiōnis quaestōnibus ipsi infidias facerent. Mitimus iam omnia, quae interprētes de his Herodianis et quales hi fuissent videantur, in medium adtulerunt. Pauca tantum ex antiquis inscriptionibus addere liceat. Leguntur in iis permulta exempla, quae nos docent, ut ex nomine Pompeii illud Pompeiani b) ex Seueri Seuerianici c) ex Vitellii Vitelliani d) ex Germanici Germaniciani e) ex Clodii Clodiani f), ex Volusii Volusiani g) sic quoque ex Herodis Herodiani h) factum esse seruosque et ministros hoc modo aucta et protracta dominorum suorum nomina saepius gessisse. Ac id quidem, quod de seruis iam diximus, verum esse, nonnulla ad Tib. Germanici Caesaris seruorum familiam spectantia, monumenta sepulcralia i) satis videntur confirmare. In his enim dicti illius Caesaris aliquot serui commemorantur, quorum alter Diodes, diserte TI. CAES. MINISTER dictus, GERMANICIANI nomen gessit, alter, MARCVS, αἰπλῶς GERMANICIANVS dictus est, tertius, FAVSTVS, sola serui Germanici adpellatione contentus fuuisse videtur. Vnde PIGNORIVS k), & domino-

- b) GRVT. CVIII. 1. MV- f) GRVT. CCCLI. 1.
RATOR. CICCCCLXXX. 2. g) ID. CIQXXVIII. 3.
c) GRVT. XXXVII. 2. MV- h) IDEM IOCHI. 4.
RAT. CIQXXXVI. 12. i) apud GRVTERVM IOCHIL
d) GRVT. IOCCCXXXIII. 7. 9. sq.
e) GRVT. IOCHI. II. MV- k) de seruis p. 35. edit.
RAT. IOCCLXXXII. 4. Patauin.

dominorum, inquit, nominibus eadem manauit appellatio, ut a Caesare Caesarianus, ab Herode Herodianus. Quod enim apud diuum Matthaeum vulgaris editio habet, mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, euangelium ebraicum Matthei, a Io. Tilio editum, habet ad verbum: et miserunt ad eum discipulos cum seruis Herodis, dicentes, cet. Verum, si, quod res est, libere fateri liceat, omnia illa et multa alia eius generis monumenta, in ea caussa, de qua nos disputamus, nihil nobis efficerentur videtur. Herodiani enim illi, de quibus MATTHAEVS, non tam serui, quam amici eiusdemque illis suspiciofis temporibus asseclae sine dubio fuerunt. Ac eius quidem rei exempla ex priscis lapidibus merito deberent proferri, ac monstrari, qui exempli caussa pro Clodii partibus stetissent, Clodianos, qui pro Antonii, Antonianos dictos fuisse. Sed usque adhuc talia monumenta reperire nobis haud licuit. Itaque res ipsa solis scriptorum graecorum et romano-rum effatis debet expediti.

CAP. XXII. 32.

*Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ,
καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.*

SOLEBANT veteres nomini illius dei, cuius cultui se praecipue addixerant, cui omnia vitae suae beneficia maxime se debere, et in cuius singulari tutela se esse arbitrabantur, suum nomen haud raro adiungere. Factum id est non solum a Graecis aliisque antiquis gentibus, sed etiam a Romanis, ab imperatoribus pariter ac priuatis hominibus. Per multa eius rei testimonia praebent antiqua marmora, in quibus IUPITER O. M.

E

TRAI-

TRAIANVS *l*), APOLLO *m*), HERCVLES *n*), SATVRNVS *o*) MARS *p*) aliique dñi AVGVSTI, CERES *q*) MINERVA *r*) aliaeque deae AVGVSTAE vocantur. Neque vero non quodammodo hic referri posse videntur ea monimenta, in quibus numinis sic mentio fit, vt nomen eius, qui in illius tutela fuit, in cognoscendi casu illi sit additum. Sic apud MVRATORIVM aliasque inscriptionum veterum collectores passim obviae sunt formulae: I. O. M. NVMEN AVGVSTORVM *s*), NVMEN AVGUSTI *t*), NVMINA AVGVSTORVM *u*), NVMEN DOMVS AVGVSTAE *x*) cet. Homines priuatos fecisse exempla HERCVLIS AELIANI *y*), IVLIANI *z*), PATERNIANI *a*), DIANAE RAESIANAE *b*) DIANAE AMARYNTHIAE *c*), PLVTONIS NERVIANI *d*), et PROSERPINAE NERVIANAE *e*), SILVANI porro FLAVIORVM *f*) aliorumque deorum dearumque confirmant. Idem mos Graecorum, quod nomina ipsorum, nominibus deorum par modo addita, declarant. Vnde DIANA legitur dicta

- | | |
|------------------------------------|-------------------------------------|
| <i>l</i>) GRVTERVS IV. 4. XI. | <i>t</i>) IDEM CIII. 7. |
| 3. et FABRETTVS col. Traia- | <i>u</i>) ib. num. 8. |
| ni p. 247. | <i>x</i>) IDEM CCCXIII. 1. CC |
| <i>m</i>) GRVT. XXXVI. 7. 8. 9. | CXVI. 4. |
| REINESIVS class. L 44. class. VI. | <i>y</i>) GRVTERVS CIOLXVIII. |
| 67. MVRATOR. XXIII. 6. 7. | 10. |
| <i>n</i>) GRVT. CIOLXIX. II. | <i>z</i>) IDEM XXXXVIII. 7. |
| REINESIVS class. III. 28. DO- | <i>a</i>) REINESIVS class. I. |
| NIVS class. I. 103. marm. | num. 71. |
| Pisaur. p. 2. num. IV. MV- | <i>b</i>) SPANHEMIUS de usu et |
| RATOR. LX. 2. | praefiantia numismatum diff. |
| <i>o</i>) REINESIVS class. I. 44. | VI. p. 521. |
| <i>p</i>) MVRATOR. XLIII. | <i>c</i>) REINESIVS class. I. 229. |
| <i>q</i>) IDEM XXIX. 6. | <i>d</i>) REINES. class. I. 234. |
| <i>r</i>) IDEM LIII. 9. sq. | <i>e</i>) ibid. |
| <i>s</i>) MVRATOR. XII. 2. 3. | <i>f</i>) FABRETTVS column. |
| 4. CXXX. I. | Traiani cap. VIII. p. 248. |

dicta LAPHRIA, CNAGIA, SARPEDONIA, IASONIA, TELCHINIA, ERYCINA, DIANA porro AENEAS, ab Aenea profugo, CERES MYSIA, APOLLO LYCEVS, IUPITER HECALVS aliquique plures, in saxis antiquis obuii ^{g)}, quorum multa EARTHIVS ^{h)} adnotauit. Errat tamen doctus vir, quod haec deorum nomina adulatio[n]is causa imperatoribus data esse arbitratur, et, si Iupiter, Apollo aut Hercules *Augusti* dicantur, id nomen neutiquam numinis, sed ipsius imperatoris, quasi id ab illo mutuatus esset, fuisse contendit. Quam quidem opinionem fundamento suo substitutam esse, priuatorum hominum exempla, qui numinibus suis tutelaribus et beneficis nomina sua adiunxere, satis superque confirmant.

CAP. XXIII, 27.

Παρομοιάζετε τῷ Φοῖς νεκονιαμένοις.

SERVATOR noster Phariseos similes esse, ait, τῷ Φοῖς νεκονιαμένοις sepulcris dealbatis, quae extus pulcra esse videantur, intus plena sint ossibus mortuorum. Vera hic τοῖς τῷ Φοῖς tribuitur significatio, locis nempe testis, sub quibus ossa sunt mortuorum, et a quibus τὰ νεκοτάφια distinguuntur olim solebant. Quam rem admodum egregie illustrat marmor Oxoniense apud HUMPHR. PRIDEAVX ⁱ⁾ et CAROLVM PATINVM, ^{k)} positum ab Herode, qui Regillam vxorem suam inui-

E 2 tus

g) Conf. SPANHEMIVS i) adpendice ad marmora
et FABRETTVS locis memo- Oxonienfia, num. XXVIII.
ratis et REINESIVS animad- p. 302.
uers. ad class. I. p. 148. 173. k) comm. in antiquum ce-
h) ad STATIVM Theb. II. notaphium Marci Autorii,
v. 197. p. 372. p. 437.

tus occiderat. Verba eius sunt: Ἡρόδης μνημεῖον καὶ τέτο εἶναι τῆς ἀντεῖ συμφορᾶς καὶ τῆς ἀρετῆς τῆς γυναικὸς. "Εἴτι δὲ ΟΥ ΤΑΦΟΣ, ΤΟ ΓΑΡ ΣΩΜΑ εὐ τῇ Ελλάδι καὶ υῦν παρὰ τῷ αὐτῷ ἐστι, cet. Herodes etiam hoc monumentum voluit esse monumentum infortunii sui et virtutis coniugis. NON AVTEM hoc EST SEPVLCRVM, id est, vbi ossa ipsa defunctae sunt, CORPVS ENIM ETIAM NVNC EST APVD MARI-TVM IN GRAECIA. Sepulcra renouanda committebant apud veteres *albariis*, quos Graeci νονιαράς¹⁾ vocarunt, TERTULLIANVS ^{m)} tectores albarios, qui parietibus vetustate exoletis album colorem inducere eisdemque pristinum splendorem conciliare solebant. Opus tale albarium commemoratur in antiquae inscriptionis frag-mento apud GRVTERVM ⁿ⁾. Ipsum vero albarium opus, de quo hic seruator noster, probe secernendum est ab arenato et marmorato. Albarium pura calce factum, terra quoque candi-cante Selinusia, laete diluta, ut PLINIVS ^{o)} ha-bet. Arenato contra operi calx et arena, mar-morato marmor tusum calce subactum adhiberi olim solebat ^{p)}.

CAP.

I) vid. SVIDAS, tom. II.
lexic. p. 345. edit. KVSTE-
RI coll. ALBERTI not. ad
Heſych. tom. II. p. 311. not.
17. KÜHNIO ad IVL. POL-
LVCEM, libr. VII. ſegm. 125.
p. 777. et SALMASIUS ad
Solinum p. 868.

m) de idololatr. cap. VIII.

n) p. CLXXII. 2.

o) libr. XXXVII. cap. 56.

p) Legatur in primis de
hoc albariorum artificio
eiusque ratione MAZOCIVS
epift. de dedicatione sub afſia,
p. 103. 105. et 304. PAN-
CIROLLVS de corpor. artifi-
cum, §. 13. GVTHERIVS
de iure manuum, libr. II.
cap. 28. p. 365.

CAP. XXIII, 18.

'Ο ἐν τῷ αὐγῷ, μὴ ἐπιστρέψατο ὅπίσω, ἀραι
τὰ ιμάτια αὐτῷ.

Ex nummo, quem SEGVINV^s q) selectis numismatibus, tum CUPERV^s r) in lucem publicam protulerunt, haud obscure patet, veteres, quum opus facerent in agris, maxime quum ararent, posita veste superiore, toga aut pallio, non nisi interiore, tunica nempe, indutos fuisse. Aratorem enim nobis sifit nummus iste non nisi tunica amictum, eodem nempe habitu, quo nobis L. Quintium Cincinnatum, rustico operi intentum, depinxit LIVIV^s s). Vbi ab legatis, inquit, seu fossam fodiens palae innixus, seu quum araret, operi certe, id quod constat, agresti intentus, salute data inuicem redditaque, rogatus, ut, quod bene verteret ipse reique publicae, togatus mandata senatus audiret, admiratus rogitanque, satin' salua essent omnia, togam propere et tugurio proferre uxorem Raciliam iubet. Vestimenta enim exteriora seposita aut humi iacebant, sub dio, in extrema aliqua agri parte, aut in casula tugurioque vili, si quod sibi arator, quemadmodum Cincinnatum fecisse, vidimus, ibidem extruxerat. Itaque verba illa, quibus seruator τὸς ἐν τῷ αὐγῷ, hoc est in agris suis rustico opere occupatos, μὴ ἐπιστρέψατο iubet ὅπίσω, ἀραι τὰ ιμάτια, non cum Cupero aliisque de redditu ex agro ad villam et domum sunt intelligenda, vnde sumarentur ad fugam vestimenta superiora, sed de eo agri loco, quo illa arator, corporis leuandi

E 3

caussa

q) selecta numismata antiqua ex museo PETR. SEGVINI, Paris. circ. 1788.

r) obseruat. I. 7. p. 37.
s) libr. III. cap. 26.

caussa, abiecerat. Iubet vero haec seruator noster, non vt ea in mandatis ponat, quasi illicitum et prohibitum hoc fuerit fugientibus, si sine periculo possent, vestimenta aliasque res necessarias secum auferre, sed, *κατὰ τὸ ἐγχώριον θῆσος* veterum orientalium populorum, praecepti forma non nisi inuolucrum est cuiusdam vaticinii. Repentinum enim et impropositum hostium aduentum grauiter descripturus, facere suos iubet, quae facta olim fuerant ab iis, qui in pari iam antea fuerant calamitate, qui in eadem suspiciosa tempora iamiam inciderant, viderantque nil tale opinantes infensissimum hostem ante pedes, aut a tergo ceruicibus suis impositum tam subito, vt ad vasea colligenda ne punctum quidem temporis ipsis relinqueretur, quod vacuum fuisset a praefertissimo vitae periculo.

CAP. XXIII, 49.

"Ἀρξηται τύπτειν τὰς συνδέλας.

VOCABULVM latinum *conseruus* haud infrequens est in inscriptionibus, nominatim apud GRVTERVM *t*), REINESIVM *u*) aliosque, rarius in graecis marmoribus *τὸ συνάνυμον ΣΥΝΔΟΥΛΟΣ*, quorum vnicum tantum nobis innotuit, aequi, vt videtur, inclinatoris, apud GRVTERVM: ΦΑΥΣΤΙΝΩ. ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΝΤΙ. ΠΡΑΚΜΑΤΕΥΤΗ. ΘΕΟΦΙΛΟΣ. ΣΥΝΔΟΥΛΟΣ. ΕΠΟΙΗΣΕΝ. ΜΝΗΜΗΣ. ΧΑΡΙΝ. Συνδέλαι vero et *conserui* dicebantur, non, qui eiusdem seruitii, sed qui vnius domini erant. Quod quidem haud obscure ex hoc lapide REINESIANO *x*) patet:

D.

t) p. 132. IO. 13333L
XXXXVIII. 9. C13333XVI. 3.

u) class. XVIII. 54.
x) class. XVIII. 51.

D. M. STEPHANO. L. ANTONI. SILONIS PRIMO-PILARIS. SERVO. CONSERVI. FECERVNT. Idem significatus in nostro effato vocabulo huic est subiectus.

CAP. XXV, 14.

"Ανθρωπος αποδημων εναλεσε τις ιδιας διλας."

Homō peregrinaturus vocasse dicitur τις ιδιας διλας, *proprios*, id est, suos seruos ipsisque suas pecunias dedisse, ad quaestum et foenerationem transferendas. Vocabulum ιδιος pronominis possessiui loco usurpatum olim fuisse, scriptorum graecorum testimoniiis alii iam comprobarent. Usurpatur vero eadem ratione in priscis lapidibus, quorum nonnullos in medium hic adferemus. Sic aliquoties occurrit in eiusmodi saxis γ) romanis loquendi formula: ΝΥΤΡΙCΙΟ SVO, quae in graecis, nominatim apud GRVTERVM z) redditur: ΘΡΕΠΤΩ. ΙΔΙΩ. Inprimis hoc referendum est egregium illud, quantumuis mutilum et depravatum, monumentum graecum Neapolitanum, quod Florentini litteratorum dairii a) auctores in lucem publicam protulerunt:

Μ. ΚΟΚΚΕΙΟΣ ΣΙ.....

ΑΠΙΕΑΕΤΘΕΡΟΣ ΚΑΙ.....

ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΤΕΚ.....

ΤΙΤΙΩ ΑΚΤΛΕΙΝΩ

ΚΑΙ ΦΛΑΤΙΩ ΚΡΗΣΚΗΝΤΙ

ΤΟΝ ΣΚΥΦΟΝ ΕΚ . ΔΝ Σ

ΣΥ Δ Σ

ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΕΙ ΚΥΝΑΙΩΝ

E 4

Cuius

γ) GRVT. IOCHII. 5.

a) tom. III. part. 3. p. 230.

z) p. IOXXXIV. 1.

Cuius lapidis verba passim minus recte scripta sic scribenda, emendanda et interpretanda arbitramur: *Μάρκος ΚΟΚΚΙΟΣ Σιλουίνος* (forte, cognomen certe hoc in Cocceia gente olim usurpatum, GRVT. ICL XXXXVI. 9.) ΑΠΕΛΕΥΤΕΡΟΣ ΚΑΙ..... (nomen detritum vxoris) ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΤΕΚΥΩΣ ΤΙΤΙΩ ΑΚΤΛΙΝΩ ΚΑΙ ΦΛΑΥΙΩ ΚΡΗΣ ΚΗΝΤΙ ΤΟΝ ΣΚΥΦΟΝ ΕΚ Δη Ναρίων Σ (id est: nonaginta) ΣΥ (τῶ ὑποκρήπιδίω forte, tripodis parui, aut alias ἀντεποδίσ olim genere, cui imponi solebant eiusmodi vasā potatoria, in templis donariorum loco oblata, ΗΕΡΟΔΟΤ. libr. I. cap. 25.) εκ Δηναρίων Σ (id est, sex) ΘΕΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΕΣ ΚΥΝΑΙΩΝ, siue potius, nisi nos omnia fallunt: ΚΥΜΑΙΩΝ. Quae emendationes si verae et rectae sunt, obscuris istius lapidis verbis hanc sententiam commode tribui posse, statuimus: *Marcus Cocceius Silinus libertus et (vxor eius, cuius nomen hic expressum fuit,) cum suis liberis Titio Aquilino et Flauio Crescente scyphum pretio nonaginta denariorum cum receptaculo, pretio sex denariorum, diis gentilibus Cumanorum consecravit.* In qua interpretatione vnicum hoc adhuc breuissimum est excutiendum, vtrum recte explicata sint ultima faxi huius Neapolitani verba: ΘΕΟΙ ΦΡΗΤΟΡΕΣ ΚΥΜΑΙΩΝ, an minus? Si SVIDAE, POLLVCIS et HESYCHII lexica cum inter se, tum cum VARRONE et STRABONE, nonnullis porro Neapolitanis aliisque monumentis comparamus, hoc putamus ex omnibus iunctim effici posse, Φρατρίαν dictam olim fuisse tertiam tribus partem b), Φρήτορας vero et

b) vid. SVIDAM, lex. voc. edit. KÜSTERI, et IVLIVM Φερτόρες, tom. III. p. 631. POLLVCEM onomast. libr. III. legm.

et Φρέτορας se graeco more adpellasse Neapolitanos ^{c)}, qui ex Graecia in infimam Italiae partem delati, vel iunctim tribum constituerent vel ex gente aliqua ampla et per plures familias diffusa in vna tribu consociati essent ^{d)}, habuisse eiusmodi gentiles deos suos patrios et tutelares, quemadmodum ΕΥΜΗΛΟΣ ΘΕΟΣ ΠΑΤΡΩΟΣ ΦΡΗΤΟΡΕΙΝ ΕΥΜΗΛΕΙΔΩΝ ^{e)} fuerit, sic fuisse

E 5

segm. 51. tom. I. p. 292. ed.
HEMSTERHVISI, coll. VAR-
RONE de lingua lat. p. 16.
auctor. linguae lat. DIO-
NYS. GOTHOFREDI.

c) testimonium eius rei haec STRABONIS verba praebent: πλεῖστα δὲ τὴν τῆς ἐπιφυκῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσια τε καὶ ἐφηβικὰ Φρετόρια καὶ ὄνειματα ἐπιφυκά καὶ τεραῖστα Ρωμαῖοι, plurima tamen ibi graecorum institutorum superjunt vestigia, ut gymnasia, coetus ephēborum, phratriae et graeca nomina Romanis imposita, et VARRONIS, loc. memor. Fratris est graecum vocabulum partis hominum, ut Neapolitani etiam nunc, pro quo male lectio vulgata: ut Apollini etiam nunc. Eiusmodi φρετόρια in lapidibus, sed raro mentio fit. Vide GRVTERVM p. CXII. inscr. 8. p. CXXV. I. CCXV. I. REINESIVM class. I. num. 146. 204. class. VI. num. 37. FABRETTVM inscript. domesticas p. 456.

d) id haud obscure patet ex HESYCHIO, qui Φρέτορας per συγγενεῖς interpretatur ac simul docet, etiam φρετόριαν ob id ipsum συγγένειαν designasse, lex. tom. II. p. 1524. edit. ALBERTI. SVIDAS loc. mem. Φρέτορας δε τὰς συγγενεῖς καλεῖται. Eadem habet quoque Scholastices ARISTOPHANIS Equit. V. 255. p. 186. edit. KÜSTE RI.

e) egregium hoc saxum Neapolitanum in lucem protrulit primus CAPACIVS hisp. Neapol. cap. VIII. ex CAPACIO SPONIUS miscell. erudiae antiquitatis, p. 108. Verba lapidis sunt: Ἔυμηλος Θεός πατρός Φρήτορος Ἔυμηλίδων. Τ. Φλάνιος Πλος Φρετόριος ἀνέθηκε σὺν τῷ Φλανίῳ τίκαιο, Eumeium Deum patrum, seu potius eius aram aut statuam, gentilibus (tribulibus) Eumelidarum Titus Flavius curator (tribus) posuit cum Flauio filio. Quae verba si comparamus cum nostro

fuisse quoque singulare numen tutelare ΤΟΙΣ ΦΡΗΤΟΡΕΙΝ ΚΥΜΑΙΩΝ, ipsos porro vnius gentis colonoſ, ſive φρέτορες, ſe inuicem certis cognominibus distinxiffe, alioſ EVMELIDARVM, alioſ CVMAEORVM, ſive Cumanorum, alioſ DEOTÁDORVM f), alioſ ARISTAEORVM g), alioſ OENEONAEORVM h) ARTEMISIORVM i) alioſ aliorum nominum fuiffe. Vocabulum vero ΚΥΝΑΙΩΝ tanto nos tutius arbitramur in ΚΥΜΑΙΩΝ mutare potuiffe, quo exploratiuſ eſt, in magna Graecia ſive in Neapolitanorum olim agris Cumas, peruetuſtum Chalcideniūm aliorumque, vt videtur, graecoruſ colonoruſ oppidum, fuiffe, a quo Neapolis originem, Sibylla nomen duxerit. STRABO l); Μετὰ διναιαρχίαν ἐσὶ Νεάπολις Κυμάιων, de ipſis vero Cumis m): Κύμη, (graeci scriptores latiniq[ue] poëtae modo in singulari, modo in plurali nomen huius vrbis effe.

nostro Saxo Neapolitano, quo ſcyphum consecratum fuiffe perhibetur Θεοῖς φρήτοροι Κυμαῖοι, manifeſte conſtat, φρέτορεſ iſtos Neapolitanos, ſive tribules, ſive gentiles fuerint, certis cognominibus inter ſe diſtingueſſe, habuiffe eosdem fuos deos tutelares, hisque pari ratione tribulum feu gentilium illorum nomina ēπιθera tributa fuiffe. Noſtra igitur ſententia θεοὶ φρέτορεſ Κυμαῖοι funt dii tribules feu gentiles Cumanorum, id eſt dii, in quorum tutela et praefidio certa cuiusdam tribus pars, ſeu gens quaedam, eo cum

diis tutelaribus ſuis translata, fuerit. Quae quidem interpretatio nobis maiore ſe probabilitate videtur commendare, quam doctiſſimi alioquin viri, EDVAR- DI CORSINI, qui in nostro lapide verba: θεοὶ φρήτορεſ, latine reddidit: diis Frato-ribus, notis Graccorum p. 17.

f) GRVT. p. CXII. 8.

g) IDEM p. CXXXV. I.

h) REINES. claff. I. 204.

i) IDEM claff. VI. 37.

k) vide FABRETTVM in- ſcript. domesticis, p. 461.

l) geogr. libr. v. p. 377. ed. ALMELOVEENII.

m) eod. libro, p. 372.

efferunt) Χαλκιδέων καὶ Κυμάίων παλαιότατον
πτίσμα πασῶν γὰρ ἐξ πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελί-
κῶν, καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων — — — ὅθεν νῦν μὲν
προσαγορένεται Κύμη πτίσαι δ' ἀντὴν Χαλκιδές
δοκεῖται, Cumae, Chalcidensium et Cumaeorum fine
dubio e Cuma vetustiore Euboica, nam et Chal-
cis in Euboëa) opus vetustissimum. Est enim anti-
quissima haec urbs omnium Sicularum et Italicarum a
Graecis deductarum coloniarum — — — Videtur
autem Cumae a Chalcidensibus condita, ab incolis
vero Cumae illius Euboicae nomen sortita. Ac
hi quidem Cumani, antiquissimi illi cum Chal-
cidenibus ex Euboëa coloni sunt, qui in infima
Italiae parte sedes sibi nouas fixerunt, ibi Cumas,
postea Neapolim condiderunt et quorum posteri
Cumani illi Neapolitani sunt, quorum diis gen-
tilibus monumentum illud, de quo adhuc dispu-
tauimus, fuit consecratum.

CAP. XXVI, 75.

*Εὐλαυσε πιπρᾶς.

Petrus, foras egressus, *amare fleuisse*, dicitur,
*Εὐλαυσε πιπρᾶς. In profanis quoque scriptori-
bus hanc loquendi formulam legi, iam obser-
uauit ALBERTI n). Addimus, eamdem etiam
in graeco inclinationis aei monumento apud
SCIP. MAFFEV M^o) deprehendi. Luget in isto
Isaacius Exarchus pueri vndecim annorum obi-
tum deque se ΕΚΛΑΥΣΕ, ait, ΠΙΚΡΩΣ ΕΚ ΒΑ-
ΘΟΥΣ ΤΗΣ ΚΑΡΔΙΑΣ *amare ex profunditate cor-*
dis fleuit.

CAP.

n) obs. p. 160.

o) Verona illustrata p.
CCCLXIII. 3. Exarchi hu-
ius monumentum sepulcrale
habet GRVTERVS inscr. p.
ccccxx. 7. et MONTEFAL-
CONIVS diar. Italico.

CAP. XXVII, I.

Οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τῷ λαῷ.

NON solum apud MATTHAEVUM, sed alios quoque historiae sacrae scriptores, apud illum nominatim cap. xxvii, 1. mentio facta est τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαὸς, de quibus non immerito quaeri potest, quale id fuerit hominum genus in gente iudaica, tempore in primis seruatoris nostri eiusque apostolorum. Distinguuntur in his effatis tam a supremi senatus sacri adfessoribus, Matth. xxvi, 47. 59. xxvii, 3. 12. 20. 41. xxviii, 12. quos tempore illo honorificum τῶν ἀρχιερέων titulum arrogasse sibi, videmus, quam ab illis diuiniorum litterarum doctoribus, qui in scriptura sacra modo γραμματεῖς, modo νομοδάσκαλοι, modo alio nomine solent adpellari, Matth. xxvi, 57. xxvii, 41. Neque vero non et hoc animaduertimus, quum mors parata esset innocentissimo seruatori, in hoc iudicio capitis senatum sacrum sententiam ipsam tulisse; sine consensu populi, postea vero, quam res deferretur ad romanum procuratorem, ἀρχιερεῖς illos nihil sine illis πρεσβυτέροις τῷ λαῷ suscepisse, in que hac capitali caussa participes eos fecisse omnium suorum consiliorum, nullam, ut videatur, aliam ob caussam, quam ut horum seniorum ope a plebe satis tuti essent, seditionem veriti, propter summam, quam sibi seruator conciliauerat, gratiam et auctoritatem. Quum vero simul hoc satis certum est, factum id esse non priuilegio populi, aut quod, vti Romae, eius consensu ad capitalia supplicia fuisse necessarius, sed prudentia ciuiili, ne si plebs dissenset, seditionis caussam senatus dedisse Romanis vide-

videretur, facile ex his omnibus patere arbitramur, quod senioribus populi placuerit, placuisse quoque ordini plebeio, horum vocem fuisse quasi vocem populi et, si cum hoc agendum fuerit, actam rem a senatu fuisse cum his, populi senioribus. Vnde facili conjectura ducimur, si in historia sacra *οἱ αρχιερεῖς* distinguantur *ἄπο τῶν πρεσβυτέρων τὰς λαζ*, hoc discrimen quodammodo idem fuisse, quod in Graeciae monumentis inter *τὴν βασιλὴν* et *τὸν δῆμον*, in romanis vero frequentissima illa formula: SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS, factum esse deprehendimus. Sic in marmoribus Oxoniensibus *p)* *Ψήφισμα* Deliorum est, quo Clinodemo, Leboti filio, Siphnio ob praelara in templum merita honores decernuntur, publica auctoritate, id quod verba eiusdem: ΕΔΟΞΕΝ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ, itemque: ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ satis superque declarare videntur. In alio Oxoniensi marmore *q)* haec habentur: *Αυτοκράτορα Καίσαρα Μ. Σεπτίμιου Σεβήρου* (*ἐπίμησαν*) - - - Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ τῶν Νεωκόρων Περιθέων, *Imperatori Caesarī Marco Septimio Seuero*, SENATVS ET POPVLVS aedituorum Perinthiorum (posuerunt). Quo et haec aliis inscriptionis Deliorum *r)* verba sunt referenda: *δεδόχθατ*, ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ, *ἐπαινέσας* Μενδικεῖον Διοκλέσις Κυρναῖον *ἀρετῆς ἐνεγκεν*, placuisse POPVLO honorare Mendicaeum; Dioclis filium, Cyrenaicum ob virtutem, ipsique aperiens πρόσοδον τράς τὴν βασιλὴν καὶ τὸν δῆμον, permittere, ut conuentibus senatus pariter ac populi inter-

p) p. 287. edit. an. cīc
10CLXXVI.

q) adp. p. 292. Num. vii.
r) Marm. Oxon. p. 290.

effet, constitutum porro esse, ἀναγράψαι τὸ Φῆ-
Φίσμα τὴν μὲν βελῆν εἰς τὸ βελευτήριον, τὰς δὲ
ἱεροποιούς εἰς τὸ ἱερόν, ut decretum hoc litteris man-
datum in curia deponeretur, tum etiam a sacerdoti-
bus in templum. Ac id quidem monumentum eam
potissimum ob caussam nobis memoratu dignum
videtur, quoniam populi tantummodo mentio-
fit, qui Mendicaeo illi hospiti ob virtutes athle-
ticas eiusmodi honores decreuerit. Quoniam
autem eius generis decreta populi sine consensu
senatus, etiam in liberis Graeciae ciuitatibus,
nullam vim et auctoritatem publicam habebant,
nisi senatus consensus et adprobatio accederet,
probabile videatur, hos honores Mendicaeo
haud unam forte ab caussam senatum quidem
non decreuisse, sed non nisi populum, factum
vero postea esse, vt hoc populis citum senatus
adprobaret, permitteretque, vt in curia actis
eiusdem adiungeretur. Breuitatis caufsa nolu-
mus describere aliud egregium monumentum,
quod e Langermanni schedis REINESIVS s)
nobis conseruauit, Sardibus, antiquissima Ly-
diae vrbe, inuentum, vtpote in quo Antonio-
pio Augusto post mortem, (id enim vocabulum
ἥρως manifeste docet) απὸ τῆς βελῆς ηγή τε δῆμος
honores decernuntur. Liceat potius, quum de
eius generis axis litteratis iam dicendi occasio-
se nobis obtulit, aliam perantiquam, vt vide-
tur, inscriptionem hic illustrare, maxime quod
istam, vtpote multilam, ideoque perobscaram
aliorum criticorum ingenia iam exercuisse,
animaduertimus. Habet hoc monumentum GRY-
TERVS t), in quo haec potissimum verba ad
nostram rem faciunt: A. ΒΟΛΛΑ ΚΑΙ. ΟΔΑΜΟΣ

ETEL-

s) inscript. claff. III. 84. t) p. MLXXX. 4.

ΕΤΕΙΜΑΣΣΕΝ ΑΤΡ. ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ. Β. ΤΟΥ. ΤΩ. ΥΜΕΝΑΙΩ. ΒΟΥΛΕΥΤΑΝ cet. Priora lapidis verba ionice scripta, nulla difficultate laborant, sic enim Attice scribenda et emendanda sunt: ἦ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμωσεν - - - βολευτὴν quid vero sequentia Β. ΤΟΥ. ΤΩ. ΥΜΕΝΑΙΩ velint, de eo non consentiunt ambo interpres, GRVTERVS et EDWARDVS CORSINIUS u). Ille verba ultima sic latine reddidit: - - Artemidorum cultorem Hymenaei, senatorem, quae interpretatione non immerito displicuit doctissimo CORSINIO, vocabulum ΤΩ. ΥΜΕΝΑΙΩ. corruptum esse, existimanti, pro quo aptius ΤΩ ΜΝΑΜΕΙΩ id est τῶ μνημεῖον estet reponendum, sic, ut sensus monumenti fuerit: *Senatus Populusque honorauit Aurelium Artemidorum B. hoc monumento, senatorem.* De figla B. vero, quod ad characterem, B. inquit, attinet, diuinari certe vix poterit, quid illo exprimatur, cum praesertim marmori vitium aliquod inesse, videatur. Nostra sententia aliquot litterae ex hoc detrito monumento euanuisse, aliae, quarum forte aliquod vestigium remansit, inepte descriptae et in alias mutatae esse videntur. In sigla enim B. ΤΟΥ forte patris, quem Artemidorus habuit, in vocabulo vero: ΤΩ ΗΜΕΝΑΙΩ patriae nomen latet, more veterum, qui vtrumque nomen suo addere solebant, id quod sexcenta veterum inscriptionum exempla docent. Quae coniectura si vera est, in litteris Β. ΤΟΥ vel ΒΑΤΟΥ^{x)} ΒΙΤΤΟΥ^{y)} ΒΛΑΣΤΟΥ^{z)} vel aliud eius generis nomen, priscis haud insitatum, quaerendum esse, arbitramur, patriam vero

u) not. Graecor. p. II.

x) GRVT. CXXXI. 12.

y) IDEM p. ICCLXII. I.

z) IDEM, p. CCXXXI.

CCCC. 2.

vero huius Artemidori, quam ex vocabulo ΤΩΗΜΕΝΑΙΩ eliciendam esse, ducimus, aliis diuinandam relinquimus.

IAM ad aliud venimus monumentum, quod haud minus memorabile nobis videtur. Potest enim simul effatum scripturae sacrae, quod *ad orum cap. vi. v. 12.* legitur, ex eo egregie illustrari. Monumentum hoc REINESIVS ex supra memorati LANGERMANNI schedis nobis suppeditauit. Sardibus itidem inuentum, et in Tiberii Claudii honorem factum, quem ut lapidis verba docent, ἐπίμησαν Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΚΑΙ Η ΓΕΡΟΤΣΙΑ, quae nostra sententia sic debent verti: *Senatus et populus et seniores, nempe populi.* Ac ea quidem coniunctio τοις δῆμοις καὶ τοῖς γερουσίας in hoc monumento eamdem fere rationem habere videtur, quam aliis tantummodo verbis apud LVCA M ad. vi, 12. comprehendimus: συνεκίνησαν ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥΣ cet. Par certe in utroque, in graeco monumento et in libro LVCAE, consociationis ratio, populi eiusque seniorum, qui iunctim unum quasi constituerunt ordinem, ordini senatorum, siue magistratuum, oppositum. Vocabulum γερουσία in priscis Graeciae monumentis etiam senatum, uti τοις γέροντας senatores designare, nemo facile, harum rerum vel leuiter peritus, negabit. Sic ex PLATONE, PLUTARCHO, ARISTOTELE aliisque scriptoribus cognitum est et exploratum, Lacedaemoniorum senatum γερουσίαν, senatores γέροντας dictos fuisse a), satis tamen frequens etiam fuit alter eiusdem

a) vid. ven. IO. IAC. chætol. tom. I. p. 382. Ad RAMBACHIVM adpend. ad ea effata, quibus τοῖς γερούσιοις germ. POTTERI ar-

dem vocabuli usus, quo γέροντες ciues fuerunt aetate prouecti, magnae apud populum auctoritatis, qui quidem neque iubere aliquid, neque leges facere aut punire facinorosos potuerunt, sed quorum consiliis usi sunt ciues in omnibus rebus grauioribus, tum ipsi magistratus, si cum populo agendum fuit, si per hos suadere aliquid ipsi, aut dissuadere voluerunt. Ac hi quidem γέροντες sunt, quos diuini sacrae historiae scriptores πρεσβυτέρους solent vocare. Vnde HESYCHIUS b): Γερσία, πρεσβυτέριον, πλῆθος γερόντων, seniorum (non senatorum) coetus. Ac recte quidem is addit, γέροντες, ἔντιμοι, id est, ciues aetate prouecti, qui anno rum numero, prudentia, longo rerum usu populo pretiosi, id est in summo apud ipsum honore et existimatione erant. Eamdem forte significandi vim vocabulum γερσία in Amillae monimento, quod ex Arundelianis SELDENI c) REINESIVS d) repetit, habere videtur. Verba marmoris sunt: εάν δε ἔτερον τις θῆ eis τὴν σόφον

diutius,

gesias. Lacedaemoniorum mentio facta est, merito referendum est illud ARI STOPHANIS, *Lysistrat.* v. 979. p. 568. ed. KÜSTE RI, quo Lacedaemoniorum praeco Athenas venit, ac parem utriusque reipublicae magistratum rationem esse ratus, Athenienses publice conuocaturus, πᾶς, inquit, τὰν Αθηνῶν, loquitur nempe dialecto Laconica, ισινά γερ

μαθήσας εἰσ, ubi est senatus, principesque, qui regunt hanc urbem, Αθηναί? rem nouam nuntiare volo. Putat nempe, Athenis quoque summum magistratum γερσίαν, id est γερσιανα duci, ut in patria sua. Vide scholia ad hunc locum.

b) lex. voc. γερσια tom. I. p. 321. ed. ALBERTI.

c) marm. Oxon. p. 273.

d) class. XIV, inscr. 14.

F

ἀντῆς, ὁμοίως δώσει ΤΗΙ ΓΕΡΟΤΣΙΑΙ A. Nam et si doctissimus marmorum Oxoniensium interpres, HVM PHR. PRIDEAVX ea sic vertenda putauit: *si vero alium quis ponat in sepulcro illius, similiter dabit SENATVI mille denarios*, idque forte eam ob caussam, quod eiusmodi poenae a senatu sive summo ciuium magistratu, aut, ut in aliis marmoribus est, a pontificibus, non a senioribus populi exigendae erant, habemus tamen apud MVRATORIVM e) aliud egregium monumentum, quod nostram interpretationem confirmare, alteram certe dubiam facere videatur. Monumentum sepulcrale est, cuius violatoribus grauis poena indicitur, his verbis: ὁ καινήσας (κυνήσας) τὸν βαρόν, ἢ ἄλλον (lege: ἄλλο τι) ἐκ τῷ τάφῳ, ἀποδάσεῃ ΔΗΜΟΥ ROMAION δηνάρια πενταποιχία qui mouerit aram hanc aut aliud quidpiam ad sepulcrum spectans, soluet POPVLO ROMANO denariorum quinque millia. Si vero eiusmodi pecuniae populo donari potuerunt, senioribus eius solutas eas ipsisque ad communem usum creditas fuisse, admodum verisimile nobis videtur. Vnde facile patet, in Oxoniensi illo marmore τὴν γεροτσίαν forte seniores populi esse, quibus loco populi, cuius vices gesserunt, pecunia poenae loco adpendi debuerit.

CAP. XXVII, 53.

Ἐισῆλθον εἰς τὴν ἀγίαν πόλιν.

HIEROSOLYMA non suo nomine, sed ἀπλῶς ΑΓΙΑΝ ΠΟΛΙΝ vocatam esse, videmus, more veterum, qui primarias et sacrorum viu-
uersac

e) *thes. inscr. tom. I. p. CLIV. 7.*

uersae gentis cultu potissimum conspicuas VRBES, SACRAS nuncupare solebant, nulla morum aut vitae ciuium, quantumuis corruptissimae, habita ratione. Vnde in inscriptione Praenestina, metri vinculis adstricta, apud BOIS-SARDVM f) PORTVS memoratur NOTVS IN VRBE SACRA id est, vt recte SCALIGER g) monuit, Roma. In alio MVRATORIANO lasso h) VRBIS SACRAE regionem XIII. deprehendimus, in lapide vero quodam sepulcrali i) defuncta dicitur NATA IN VREE SACRA. Nec defunt alia istius generis ἐπίθετα, Romae, suppresso proprio eius nomine, per eminentiam in priscis inscriptionibus data. Vocatur enim modo *urbs alma* k), modo *urbs aeterna* l) apud GRVTERVM aliasque. Nonnunquam Roma sine addito alio nomine κατ' οἰκον VRBS dicitur. Testantur id verba inscriptionis GRVTERIANAE m): EVNTIBVS AB VRBE PARTE LAEVĀ. Quae consuetudo veterum inscriptionum vsu satis confirmata, in memoriam nobis reuocat verba QVINCTILIANI n): VRBIS adpellationem, etiam si nomen proprium non adiiceretur, Roman tamen accipi, est receptum o).

F 2

CAP.

f) ant. rom. part. vi. p. TORIVS thes. inscript. p. 13
81, coll. GRVTERO p. LXXXII. LXXXIII. 1.

5.

g) ind. aa GRVTERI inscr. p. 564. edit. BVRMANNI.
p. LII.

h) MVRATOR. thes. inscr. tom. I. p. CCXXXVI. 3.

i) Ibid. p. CIOXXXVII. 1.

k) GRVT. CLX. 5.

l) IB. LXXXVIII. 1. CCCIX. 7.

m) p. IOCIV. Hanc inscriptionem repetit MVRAT.

n) inst. orat. libr. VI. cap. 3.

o) ex auctoribus priscis

latinis testimonia ea de re

collegerunt SPANHEMIVS de

usu et praef. numismatum,

diss. XII. tom. II. p. 488.

PACIAUDIVS monumentis Pe-

loponnesiacis; tom. II. p. 29.

CAP. XXVII., 60.

Kai ἔθηκεν αὐτὸν ἐν τῷ κατώπιν αὐτῷ μνημεῖῳ.

SEPVLCRVM seruatoris nostri apud MATHAEVM, XXVII, 60. MARCVM, XV, 46. et IOANNEM, XIX, 41. *μνημεῖον*, apud LVCAM *μνῆμα* vocatur. Vtrumque eiusdem significatus vocabulum respondet Latinorum *monumento* designatque locum, mortuorum quidem sepulturae destinatum, sed adhuc purum, cui neque defuncti corpus, neque eiusdem cremati ossa, cineres et reliquiae illatae fuerunt. Quamprimum vero id factum fuerat, monumentum hoc *sepulcrum* a Romanis, a Graecis non amplius *μνημεῖον*, sed *τάφος* dicebatur, ab iis potissimum, qui linguae vtriusque peritiores veram vocabulorum vim et usum rite didicerant. Vnde intelligimus, quare veteres monumentum a sepulcro distinguant et quae siglarum H. M. S. S. in priscis lapidibus, nominatim apud FABRETTVM p) et MVRATORIVM q), vera et recta sit interpretatio. Nil enim aliud designant, quam HOC MONUMENTVM SIVE SEPVLCRVM, id quod ea marmora nos docent, in quibus formulam hanc integris litteris, non per scribendi compendium, expressam legimus. Tale marmor suppeditauit BOISSARDVS r), ex BOISSARDO GRYTERVS s): HOC MONIMENTVM SIVE SEPVLCRVM se viua fecit — — HVIVS MONIMENTI, SIVE SEPVLCRIUS ad heredes eius pertinet — — — Aliud de-

dit

et cel. CHRIST. SAXIVS ob-
seruationibus ad vetus chiro-
graphum thesauri Murato-
riani, p. 31.
p) inscriptionibus dome-
sticis p. 95. num. 215.

q) thesauro inscriptionum,
p. CIQXXXV. 1.
r) antiquitat. tom. VI. 50.
s) thesauro inscriptionum,
p. ICCCCCLXVI. 7.

dit FABRETTVS t): MONUMENTVM SIVE SEPVL-
CRVM heredem non sequitur. In eius nempe gene-
ris inscriptionibus cauent plerumque ii, qui vi-
ui locum sepulturae sibi parauerant, ne quis ali-
us nisi testamento scriptus eo post mortem infe-
ratur, siue iste locus monimentum, μνημεῖον, ad-
huc sit, siue, mortuo iamiam illato, sepulcrum,
aut τάφος.

QVAM apta haec sint ad illustrandam mortis
seruatoris historiam, nostrum est, breuiter ostendere. Antequam seruator in cryptam illam sub-
terraneam deferretur, quam Iosephus suae, suo-
rumque forte, sepulturae destinauerat, dicitur
crypta haec ab omnibus diuinis sacrae historiae
scriptoribus μνημεῖον et μῆμα, ac quidem rectissime,
quoniam in hoc ipso loco, antequam mor-
tem subierat seruator noster, οὐ ήν ὁδέπω ὁδεῖς
κείμενος, vt LVCAS testatur. Erat enim, testibus
MATTHAEO et IOANNE, καὶνὸν μνημεῖον, οὐ ἑλα-
τόμησε (Ιωσὴφ) ἐν τῇ πέτρᾳ. Postea vero, quam
defunctus seruator in hanc cryptam deportatus
fuerat, huic non amplius τῷ μνημεῖον, sed τῷ τά-
φῳ nomen diferte a MATTHAEO u) tribuitur.
Κέλεντον, inquit, ἀσφαλισθῆναι TON ΤΑΦΟΝ
itemque: οἱ δὲ πορευθέντες οἰσφαλίσαντο TON ΤΑ-
ΦΟΝ. Seruatore deinde a mortuis excitato,
quum ipse eius ad pristinam vitam redditus satis
declararet, corpus eius mortuum omnis cor-
ruptionis et putredinis expers, hocque ipso se-
pulcrum nulla prorsus ratione inquinatum pol-
lutumque fuisse, tunc esse τάφος desit ipsique
pristica et solita τῷ μνημεῖον adpellatio summo iu-
re reddita fuit. Vnde intelligimus, quare MAT-

t) inscriptionibus dome- u) MATTH. XXVII. 64. 66.
sticis, p. 95. num. 213.

THAEVS *x*), MARCVS *y*), LVCAS *z*) et IOANNES *a*) vno quasi ore τὸν τάφον Iesu Christi post eius ἀνάστασιν vsu pristini nominis τὸν μνημεῖον, in pristinam integritatem quasi restituant.

MONIMENTVM hoc a MATTHAEO et IOANNE καινὸν vocatur, hoc est, vt LVCAS ait, ὁ οὐκ ἦν σὸν πότερον σὸν κέρματος, vt IOANNES: ἐν ᾧ σὸν πότερον σὸν εἴπειν. Huius generis monimenta prae omnibus reliquis, quibus cadauera humana iam illata fuerant, in summo honore et pretio erant, habebantque singularem, vt recte MAFFEIVS *b*) monet, apud ciues venerationem. Vnde quoque perhonorificum habitum est, primum eo post mortem deferri. Appellantur haec monimenta MONIMENTA VIRGINES in antiquis inscriptionibus, in quarum altera apud MVRATORIVM *c*) et LVPVM *d*) centurio quidam cohortis primae vigilum MONIMENTVM virginem sibi comparauit, in altera apud FABRETTVM *e*) idem factum a coniugibus, Aurelio Hermete et Claudia Secunda, tertiam primus vulgauit Marchio MAFFEI Veronensi museo *f*): C. Publius Itarus et Cornelia Ianuaria se bibi comparaberunt MVNIMENTA VIRGINE libertis cet. Vnde quoque, quid LOCVS VIRGO in alia inscriptione apud FABRETTVM *g*) sit, facile quisque potest perspicere. Quae adpellatio ad ollas quoque cinerarias

x) cap. xxviii. 8.

y) cap. xvi. 2.

z) cap. xxiv. 1. 2. 9.

a) cap. xx. 1.

b) Galliae antiquitatibus selectis, p. 59.

*c) thesauro inscriptionum, num. 309.
p. CCCCLI, 8.*

d) epitaphio Seuerae martyris, p. 159.

e) inscriptionibus domestis, p. 53. num. 308.

f) p. CCCXI. inscript. 6.

g) libro memorato p. 53.

ratias et ossuarias traducta est in alio FABRET-
TI h) marmore, quo Publilius quidam ollas vir-
gines in columbario quodam sibi et suis compa-
ravit, ollas nempe, in quibus neque cineres,
neque ossa crematorum corporum vñquam fuer-
rant. Graeci tales ollas puras vocant κανάς αγ-
γεῖα hocque ipso, quid τὸ κανόν μνημεῖον in
euangeliis nostris sit, satis confirmant. In primis
vero hue pertinet egregia illa, Smyrna adlata
et a PATINO i) singulari commentario illustrata
inscriptio graeca, qua Tryphaena sibi posuit
TO KAINON ΑΓΓΕΙΟΝ ΠΡΟΚΟΝΝΗΣΙΟΝ, no-
uam ollam ossuarium Proconnesiam, hoc est, non
fictilem, sed ex Proconnesio marmore caesam
addito graui interdicto, ne quis auderet ossa eius
in aliud αγγεῖον προγονικὸν, in aliam nempe ollam
auitam, in qua iam aliorum huius familiae ossa
fuerint, transferre. Ut vero ab ollis his ad ipsa
μνημεῖα redeamus, nolumus in praesenti fusius
hoc demonstrare, VLPIANI k) monumenta nondum
defuncta, Graecorum νεοδημητὰ, τόπον καθαρὸν
apud SPONIVM l) et καμαρὰν καθαρὰν in marmo-
ribus Oxoniensibus m) nulla prorsus alia, quam
μνημεῖα illa κανά fuisse, id tamen non possimus
hoc loco silentio praetermittere, notissimam il-
lam veterum inscriptionum, Lugdunensium in-
primis, formulam: SVB ASCIA DEDICAVIT,
ex iis, quae iam excussum, aliquam lucem ac-
cipere posse, nobis videri. Quid enim aliud

F 4

signifi-

h) ibidem num. 307. Conf. GORIVS columbario Liuiae Augustae, p. 57.

i) CAROLI PATINI com-
mentarius in tres inscriptio-
nes graecas, Smyrna ηuper

adlatas, Patau. cixcclxxxv.

4.

k) lege xxxix. digesto-
rum de rei vindicat.

l) voyage, tom. III. p. 119.
m) p. 132. num. LXXXI.

significat haec formula, quam μνημεῖον καὶ νὸν, monumentum nouum, idque tam nouum, tam recentis, ut is, qui viuus sibi exstreuendum curauerat, sub aſcia adhuc, id est, antequam murarii vltimam manum ipſi admouiffent, istud suae fiorumque sepulturae futurae dedicauerit, siue consecrauerit n). Erat enim, vt MAFFEI o) verbis vtamur, vltimum instrumentum, quo in ὄποις siue subterraneis cubiculis aedificandis, ut et in aedificiis aliis, vtebantur, ASCIA, qua calx macerabatur ad inducendum tectorium muris, ut adhuc fit. Quae quidem nos non sine causa huc adferenda duximus. Non defuerunt enim, qui Iosephum, quum seruatore defunctum in nouum suum monumentum inferri voluerit, hoc ipso istud sub aſcia, more veterum, dedicasse, arbitrantur. Secundum hanc, inquit MAZOCHIVS p), illius formulæ notionem, Ioseph Christi seruatoris cadasuere in nouum monumentum illato, illud haud dubie dedicasse dicetur, immo, quum illud monumentum Luc. XXIII. 53. λαξευτὸν dicatur, quasi si dicas, aſciatum, siue aſciae ope excisum, etiam sub aſcia dedicasse, fortasse dicetur. Quae sententia aliqua tantum ex parte vera est, neutquam in vniuersum. Quatenus enim monumentum, sub aſcia dedicatum, non potest non esse καὶ νὸν μνημεῖον, eatus haec interpretatio potest quodammodo admitti.

n) ex tam multis de formula hac scriptoribus commendasse sufficiat: ill. mar-chion. SCIP. MAFFEI Galliae antiquitatibus selectis, epist. XI. p. 57. EVMDEM muſeo Veronensi, p. CLXV. in pri-mis vero ALEXIVM SYM-MACHVM MAZOCHIVM, epi-

ſtola, qua ad xxx. virorum clarissimorum de dedicatione sub aſcia commentationes re-cenſentur, Neapoli cīcīcc xxxviii. 8.

o) Galliae ant. selectis, p. 59.

p) libro memorato, p. 91. coll. p. 228.

mitti. Quodsi vero haec formula recentissimam simul, vltima operariorum manu nondum imposta, constructionem designat, vtrum eadem ad Iosephi monimentum rite adiplicari possit, merito dubitamus. Vnde idem MAZOCCHIVS q) pro suo veritatis amore, *verum*, inquit, *quum illud sepulcrum non recens exstrucatum fuerit, nec in eum finem, ut ibi seruator conderetur, non belle ibi quadrat haec clausula*: Sub aſcia dedicauit.

CAP. XXVII, v. eod.

"Ο ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ.

SEPVLCRVM hoc, vt MATTHAEVS ait, *ἐν τῇ πέτρᾳ*, vt MARCVS, *ἐκ πέτρας λελατομημένου*, vt LVCAS, *λαξευτὸν* fuit. In marmore graeco apud GRVTERVM r) λαοξόν cuiusdam, in scriptoribus graecis τῶν λατόμων mentio fit, quumque vocabula opificii λαξευτὸν et λελατομημένου nominibus opificum λαοξός et λατόμος respondere, nemo non videat, facile simul quisque cognoscet, quum opifices nouerimus, eorum opificii rationem ex illorum negotio intelligere nos posse. HESYCHIVS s) vocabulis λαξός, λαοξός, λιθεργός, λατόμος, λιθοξόος vnam eamdemque significandi potestatem tribuit, hocque ipso opifices illos vnam artem exercuisse, haud obscure testatur. Optimo igitur iure Matthaeus, Marcus et Lucas vocabulis λαξευτὸν, ἀπὸ τῷ ξέειν, *raderē, polire*, et λατομεῖν, ἀπὸ τῷ τέμνειν, *caedere*, tanquam συνωνύμοις vti potuerunt. Qui enim apud veteres lapides rudes ex petris excisos cae-

F 5

dendo

q) libro memorato, p. 91. CIOGXXXVII. num. II.
num. LIII. s) lexic. tom. II. p. 424.
r) thes. inscriptionum p. et 432. edit. ALBERTI.

dendo quadrarunt, hi eosdem quoque poluerunt, laeigarunt et ad usum οἰκοδομιῶν murosque exstruendos praepararunt. Vnde quoque HESYCHIUS t) λαξόν τalem diserte οἰκοδομαν vocavit. Quibus omnibus SALMASIUS u) motus esse, videtur, ut sepulcrum Iesu Christi neutiquam, ut vulgo creditur, ex rupe excisum, excauatum et quasi μονόλιθον fuisse statueret, sed cryptam fuisse subterraneam, cuius parietes lapidibus quadratis et politis constructi fornique tecti fuerint. Seruatoris temporibus, addit, vocabulum πέτρα pro quovis, etiam pro caementitio, lapide esse usurpatum, si ex rupe fuisset excisum, Marcum id nequaquam λελατομηνόν ἐν πέτραις dixisse, dicere debuisse, praemissio articulo: ἐν τῆς πέτραις. Quod quidem ultimum argumentum et si vel ideo non satis firmum esse videtur, quoniam MATTHAEVS, cuius verba Salmasio procul dubio exciderant, articulum praemisit et λατομῆσα Iosephum sibi sepulcrum EN THI ΠΕΤΡΑ, dixit, nihilominus tamen, si rem ipsam spectamus, non possumus plane refragari SALMASIO, maxime propter usum vocabulorum λατομεῖν et λαξεῦν, λατόμος et λαξός, quem supra ex collatis inter se inscriptionis Gruterianae et HESYCHII verbis demonstrauimus. Quid vero de MATTHAEI verbis statuendum, quibus sepulcrum Iosephi EN THI ΠΕΤΡΑ, in rupe, excisum fuisse, diserte prohibetur? Nisi nos omnia fallunt, in adjacente monte aut colle crypta fuit, aut natura facta, aut arte, rudi tamen opere, excisa. Vnde MAT-

THAE-

t) l. c. coll. SVIDA, v. λαξεύειν, ζευγίσα, t. II. p. 145. edit. KÜST.

u) exercitationibus Plinianis, p. 851.

THAEVS ἐν τῇ πέτρᾳ sepulcrum hoc fuisse, adfiram. Hanc cryptam lapidibus caefis intus obducendam et, ne firmitas ipsi deeffet, fornice muniendam curauerat Iosephus, vnde sepulcrum illud ἐν τῇ πέτρᾳ iure meritoque a LVCA μνῆμα λαξευτὸν dici poterat.

SEPVLCRVM istud in horto suo faciendum sibi curauerat Iosephus. Eiusmodi sepulcrorum in hortis propter frequentem eorum usum saepius mentio facta est in antiquis inscriptionibus ^{x).} Dicuntur plerumque *cepotaphia* ^{y),} apud REINESIVM ^{z)} κηπια, *hortuli*, propter arbores circa sepulcrum consitas, *hortuli religiosi* apud GRVTERVM ^{a)} quo et alia inscriptio apud FABRETTVM ^{b)} spectat, quia Aurulus quidam memoriolam sibi fecit cum *ortulo sumiacente*. Haud fere dispar ratio sepulcri seruatoris nostri, quod ^{ἐν τῷ κήπῳ} fuisse, IOANNES ^{c)} testatur. Iam vero, quae κήποι huius conditio fuerit, haud ex vano quaeri posse videtur. Vocabulum κήπος non semper hortum, id est, locum floribus apte confitis ornatum, et septum, sed arboretum quo-

^{x)} earum συλλογὴν dedit martiri, p. 446. EVONADOCITISSIMUS GOENS diatrib. ROTTVS sopra i vasi antichi de cepotaphiis, Ultraiecti di vetro, p. 190. CIOCCCLXIII. 8.

^{y)} videantur FABRETTVS 325. p. 972. inscr. dom. p. 89. num. IX.

p. 115. num. 293. 294. VIGNOLE inscr. sel. p. 269.

LVPVS epitaph. Seuerae martyris p. 147. num. 2. 3. DONIVS inscr. aut. p. 106. num.

178. MVRATORIVS thes. inscript. p. 934. 3. BOLDET-

TVS sopra i cimiteri de sancti

^{a)} p. 1000CCLXIII. 2.

^{b)} p. 85. n. 155. sepul-

crorum in hortis mentio

quoque sit apud GRVTE-

RVM p. 100CLV. num. 8.

p. 1000CCLXIII. 2. Libra II.

regum cap. XXI. v. 18. 26.

dicuntur τάφοι ἐν κήπῳ.

^{c)} cap. XX. v. 41.

que seu fundum arboribus consitum, apertum, nulloque περιβόλῳ, muro aut sepimento cinctum saepius designat. Quod in causa est, cur cepotaphia, ἀπλῶς sic dicta, a cepotaphiis *muro cinctis* apud FABRETTVM d), vel *maceria cinctis* apud REINESIVM e) et GRVTERVM f) diserte distinguuntur. Vtrum Iosephi hortus ad prius, an ad posterius cepotaphiorum genus pertinuerit, adfirmare certo haud licet. Si qui sunt, qui ad posterius referendum esse arbitrantur muroque aut alio sepimento caruisse, statuunt, in eo aliquod sententiae suae praefidium habere nobis videntur, quod amicis et discipulis Iesu, yix primo diluculo, ὥρᾳ βαθέος, ut MATTHAEVS g) ait, immo antelucano adeo tempore, συντίας ἔτι ὥσης, vt IOANNES h) habet, itus et aditus ad sepulcrum liberrimus fuit, quod nulla fere ratione fieri potuisset, si murum ideoque etiam ianuam claufam locus iste habuisset. Accedit, Iudeos non habuisse, cur furtum corporis sepulti tantopere pertimescerent, si in loco vndiquaque muro cincto et clauso istud depositum, et ad quem aditus perdifficilis fuisset. Nec est, quod quis illum οὐπτώρων nobis opponat, quem Maria Magdalena in horto Iosephi videre sibi visa est i), quasi nempe hortulano non opus habuisset IOSEPHVS, si hortus eius non nisi liberum quoddam arbustum fuisset. Praeterea enim quod articulum huius vocabuli indefinite apud Ioannem positum esse, eodem iure contendere nobis licet, quo alii forte hunc οὐπτώρων ad Iosephi

- d) inscriptionibus dome- Add. GOENSIVS mem. p.175.
sticis p. 115. num. 293. g) cap. XXIIII. 1.
e) class. XII. inscr. 37. p. 663. h) cap. XX. 1.
f) p. LXVIII. num. 6. i) IOANN. XX. 15.

phi seruorum familiam referendum esse, sibi persuadent; hoc potissimum animaduertendum est, *ηπτερὸν* non hortulanum tantum, sed hortorum quoque custodem, ad arcenos fures nocturnos, designare, haud secus ac alia eiusmodi vocabula ὄδερός, οὐκερός, σπικερός, θυρωρός, quae ab ἔρος, *cystos*, descendunt, et viarum, domum, sicuum, ianuarum *cystodem* designant. Quod vero aliud hominum genus Maria Magdalena, antelucano tempore aut primo diluculo in agris hortisque suburbanis expectare poterat, quam talem *ηπτερὸν?* Esto vero, fuisse hortulanum, quo demum argumento Iosephi hortulanum fuisse, probabitur?

ΑΙΓΑΙΟΝ
JOSEPHVS concedit in suo sepulcro vltro loculum seruatori nostro, quod singulare amoris et amicitiae documentum omnes ἐναγγελίσαj eo magis dignum censuerunt, quod posterorum proderetur memoriae, quo rarius hoc vsu venire olim solebat, vt quis exterorum aliquem, saepe ne ipsum quidem heredem, in suum sepulcrum reciperet. Cui, vel leuiter harum rerum perito, incognita est frequens illa in sepulcralibus monumentis formula: H. M. E. H. N. S. *Hoc Monimentum Exterum Heredem Non Sequitur k)?* item *ἀπλῶς: Hoc Monimentum Heredem Non Sequitur l)?* Cui porro aliae eius generis formulae saepius in axis obuiae: *post obitum nostrum corpus extraneum qui inferre voluerit, inferet, loco poe-*

*k) GRUTERVS p. IOXXIII. VIII. num. II. coll. BRISSONIO de formulis, p. 702.
5. IOXXXXIII. 2. MVRA-
TORIVS p. IOXXIII. 2.*

*l) vid. FABRETTVS p. 95.
et MVATORIVS CIICCLXXX*

poenae, aerario — — habebit delatorem m): qui ex exterum inducere voluerit, poenae nomine inferet arcae pontificum n): — — — alius hoc inferatur nemno o): alterum non licet inferre cadauer p): caue, ne quemquam tumulo inferas q): ceteros inferri veto r): in eo nullum aliud volo ponи corpus s): ne quis extraneum velit imponere t): caue, ne quemquam tumulo inferas u): exterae familiae aditus non datur x) cet. Quo autem frequentius hae aliaeque eius generis formulae, tanto profecto rarius illae occurunt, quibus sepulcri usum amicis concessum legimus. Nisi hic pertinet inscriptio GRVTERIANA y): inferri hoc non licet, nisi — — quibus cauero, et alia z): hoc monumentum commune est cum Ti. Claudio Vitale, et MVRATORIANA a) fecit sibi et si cui donare voluerit, admodum pauca eius generis, quod quaerimus, monimenta nobis supersunt. Tale est C. Statii Saluji, de quo doctissimus eius interpres, SERTORIVS VRSATVS b), coniicit, Statiū hunc non nisi amoris et amicitiae causa passum esse, ut Pomponius quidam eiusque coniux sepulcro suo inferrentur. Tale porro aliud apud EVMDEM c), quo L. Aelius Macer locum P. Saltio Mysticō concessit.

- | | |
|---------------------------------------|--|
| m) GRVT. ICCCCXXXI. 9. | x) FABRETTVS p. 95. |
| n) IDEM ICCCCXV. 5. | num. 212. |
| o) MVRATORIVS CIICIO XXII. num. 5. | y) GRVTERVS ICCCCCL XXXXII. num. 2. |
| p) IDEM CICCCCXXVI. 5. | z) IDEM CIIC. 9. |
| q) IDEM ICCCCVIII. 1. | a) p. ICCCCXXXV. 5. |
| r) IDEM CICCCCCLXVIII. 3. | b) marni eruditii, p. 77. |
| s) IDEM CIOLXXXV. 2. | et 83. |
| t) IDEM ICCCCXXXIII. 2. | c) monumentis Patauinis, |
| u) IBIDEM ICCCCVIII. 1. | p. 41. |



cessit. Lapidès sepulcrales amicis positi et ollae iisdem datae d) nullatenus hue pertinent, quum vtrumque amoris testificandi genus ad ipsius sepulcri communionem haud referri debeat.

JOSEPHVS viuus sibi sepulcrum faciendum curauerat, quo eius ossa post mortem conderentur. Τὸ μνημεῖον ἀυτοῦ, ait MATTHAEVS e), ὁ ἔλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ. Quae verba quid aliud fere exprimunt, quam notissimas illas frequentissimasque in inscriptionibus Romanorum sepulcalibus formulas: V. S. F. *Viuus Sibi Fecit*, V. C. P. *Viuens Curauit Ponendum*, V. C. P. T. *Viuens Curauit Poni Titulum*, V. S. D. M. *Viuens Sibi Dedicauit Monimentum*, V. S. E. S. F. *Viuens Sibi Et Suis Fecit*, aliasque plures, quas SERTORIVS potissimum VRSATVS operose collegit.

NEQVE defunt in graecis marmoribus siglae et formulae, quae eamdem consuetudinem veterum designant. Quo potissimum pertinent litterae ZH. et ZΩ. nominatim apud SPONIVM f): ΖΟΙΔΟΣ — ZH. *Zoilus viuus*, id est: *sibi fecit*, et apud EVMDEM g): ΖΗΣΑΣΑ ΕΤΗ ΖΚ ΜΗΤΗΡ ΤΗΡΑΝΝΙΣ ZH, *quae vixit annos* - - *mater Tyrannis viua fecit*. Apud HESSELIVM in altero lapiде h) integrum vocabulum: ΖΩΣΑ ΑΠΟΛΛΟΝΙΑΣ, in altero i) ΖΩΝ legitur, quod posterius etiam in Smyrnensi lapide apud REINESIVM k) occurrit.

- d) apud MVRATORIVM p. 339.
- p. IOCCCXVII. II. GORIVM h) adpendice praef. ad columbario Liuiiae Aug. p. 90. GVDII inscript. num. 21. num. XXV.
- e) cap. XXVII. 60. i) ibid. num. 5.
- f) itinerar. p. 132. k) inscript. p. 820. num. XXII.
- g) miscellan. erud. ant.

occurrit: ΓΑΙΟΣ ΑΣΙΝΙΟΣ ΝΤΜΦΟΔΟΤΟΣ ΖΩΝ ΕΑΤΤΩΙ, *Caius Asinius Nymphodotus viuis sibi fecit.* Reliquis monumentis hoc transcribendis supercedemus. Qui plura velit, EDVAR'DVM CORSINIVM¹⁾ cum GREGORIO PLACENTINOM²⁾ conferat. Videntur vero veteres hoc, quod viui curam haberent suorum sepulcrorum, ideo potissimum fecisse, quoniam summo nominis et memoriae suae apud posteros conseruandae studio tenebantur, neque sine causa, ne posteri et heredes debitum hoc officium negligerent, ipsis nonnunquam erat verendum. Notatu ea in re dignissima verba PLINII³⁾ sunt: *libuit etiam monumentum eius videre, et vidisse poenituit. Est enim adhuc imperfectum, nec difficultas operis in causa modici ac potius exigui, sed inertia eius, cui cura mandata est. Subit indignatio cum miseratione, post decimum mortis annum reliquias, negligetunque cinerem sine titulo, sine nomine iacere - - tam rara in amicitia fides, tam parata obliuio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus etiam conditoria extruere omniaque heredum officia praesumere.*

SEPVLCRVM seruatoris nostri in horto fuisse, vnuis est IOANNES⁴⁾, qui id nobis memoriae prodidit. Ἡν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ὅπερ εἰσαυράθη, αῆτος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖον καινὸν. Hoc μνημεῖον Iosephi fuisse, ex reliquis historiae euangelicae scriptoribus compertum habemus, vtrum idem de horto adfirmari certo possit, non sine causa quaeritur. IOANNES enim ne verbo quidem hoc dixit et reliqui εὐαγγελισᾱ prorsus ea de

¹⁾ not. Graec. p. 25.

²⁾ siglis vet., Graecor.

³⁾ libr. VI. epist. 10.

p. 79.

⁴⁾ cap. XVIII. 41.

de re tacent. Si quid ea de re dicere nobis licet, cum summa veri specie omnes, quoad nos quidem scimus, scripturae sacrae interpres hoc adfirmant, hortum nempe perinde ac sepulcrum Iosephi fuisse; neutiquam tamen hoc adeo certum et expeditum est, ut sine vlla controvacia et extra omnem dubitationem id queat contendи, quamdiu relicta nobis monimenta sunt, ex quibus alium nonnunquam possessorem agri vel horti, alium sepulcri fuisse, potest comprobari. Qui enim proprium fundum extra urbem haud possidebant, in alieno locum emerunt sibique compararunt, ubi posset ipsis sepulcrum exstrui, vel ollae reponi. Nolumus eam in rem ad VLPIANI p testimonium prouocare, priscis potius inscriptionibus testibus vtemur, ex quibus haec vna est e praecipuis q): D. M. TEGE-DIAE FORTVNATAE ET L. CORNELII FIRMI VIVI SIBI FECERVNT, QVEM EMERVNT HS. CXX. et alia r): OSSA L. BACCHI L. F. HEIC POSITA SVNT, AD LOCVM, QVEM IPSE VIVVS EMIT. Ex aliis inscriptionibus discimus, veteres nonnunquam in suo agro amicis suis locum donasse, quo ossa et cineres eorum conderentur. Vnicum modo lapidem GRVTERIANVM s testimonii caussa huic adferre sufficiat: Caecia C. L. Eulimene C. Caecio C. L. Philaristo viro suo et sibi fecit, D. CORNELIVS HILARVS AMICVS LOCVM OLLARVM DVARVM DEDIT DONAVITQVE.

CAP.

p) leg. 14. ff. de relig. et s) Haec inscriptio apud
funt. GRVTERVM bis legitur, p.

q) GRVT. IOCCCXXXII. 4. IOCLXIV. 7. et IOCCCLXIII.
r) idem IOCCCIII. 12. 1.

G



CAP. XXVII, v. eod.

**Καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ Θύρᾳ τῇ
μνημείῳ.**

APVD MATTHAEVM t) et MARCVM u) dici-
tur Iosephus προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ Θύρᾳ τῇ
μνημείῳ. Ne quis heic credit, quum lapide se-
pulcrum Christi clausum esse legerit, sermonem
hic esse de *mensa* illa, cuius haud raro in inscri-
ptionibus veterum sepulcralibus facta est mentio,
et quam ibidem posuisse, cognati modo, modo
amici dicuntur. Duplex olim fuit lapis sepulcri,
alter *ostii*, quo cauerna obstruēta, quae ad ipsa
mortuorum corpora duxit, alter *loci vel loculi*,
quo in hac cauerna mortuus collocatus fuit. Ac
is quidem lapis *mensa* dicitur in antiquis inscri-
ptionibus sepulcralibus, in quibus formula mo-
do expressis litteris: MENSAM POSVIT, vel
POSVERVNT, modo per siglam: M. P. modo
ἐλειπτικῶς P. vel POS. *mensam* nempe, haud
raro legitur, ab iis usurpata, qui suis sumtibus
defuncto vel amicitiae caussa, vel propter adfini-
tatem, tales lapidem caedendum curarunt, quo
loculus, in pariete cauernae subterraneae ple-
rumque excisus, vel caementitio opere factus,
obtegeretur x). Tali mensa caruit loculus ser-
uatoris, quem sine dubio aut IOSEPHVS, aut
alii amici defuncto postea posuissent, nisi eius
ad pristinam vitam redditus hoc consilium irri-
tum fecisset. Itaque lapis ille, cuius MATTHAE-
VS et MARCVS mentionem fecerunt, non nisi ca-
uernae ostium clausit, rudis fine dubio et impo-
litus,

t) cap. xxvii. 60.

u) cap. xv. 46.

x) Conf. CAR. DU FRES. NE glossar. voc. *mensa* et
ANT. MAR. LVPI epitaph.

Severae mart. p. 156.

litus, qui ianuae loco ad tempus tantummodo adesset, sepulcrum clauderet et accedentes ab introitu prohiberet.

JOSEPHI iussu seruatoris corpus in hoc sepulcrum illatum fuisse MATTHAEVS *y*), MARCVS *z*) et LVCAS *a*) confirmant, ac vocabulo Κατέθηκεν, κατέθηκεν vtuntur, vocabulo quasi τεχνικῶ et in antiquis inscriptionibus ad eamdem rem designandam admodum frequenti. Nolumus in re satis nota iusto diutius haerere monimentaque veterum sepulcralia hue transcribere, in quibus vocabulum istud expressis legitur litteris. Id modo adnotasse sufficiat, si usus ligiae K pro integro vocabulo Κατέθηκες admittatur, debet vero admitti, haud paucas graecas inscriptiones ex eo egregie posse illustrari, melius certe et accommodatius, quam olim factum est a superioris seculi criticis. Sic in inscriptione graeca FABRETTVS *b*) verba: ΕΤΤΡΟΠΟΣ — — — ΤΟΣ. ΕΠΟΙΗΣΕ. Κ. Ι. Κ. ΣΕΠ, interpretatur: Eutropus — — filius fecit. Obiit (id est Κάτθανε) die decimo Kal. Sept. falsò, melius: Κατεθέτη depositus est die decimo calendarum septembri. Corruptum porro illud marmor, quod apud MVRATORIVM *c*), MARANGONIVM *d*) et CORSINIUM *e*) est, sic debet explicari: ΠΡΟΣΕΙΔΜΑΡ ΚΑΙ ΑΓΑΠΗ ΛΙΑΕ ΑΝΟΣΤΗΔΙ ΑΣΤΜΒΙΩ, Pridie Idus Martias ΚΑΙ (pro KAT. id est ΚΑΤΕΘΕΤΗ) deposita est Agape, ΛΙΛΙΑΝΟΣ ΤΗ ΙΔΙΑ ΣΤΜΒΙΩ, Aelianus suae coniu-

G 2

gi.

y) cap. xxvii. 60.

num. 7.

z) cap. xv. 46.

d) adpend. ad acta Victioni-

a) cap. xxiii. 53.

rini, p. 74.

b) inscript. domeſt. p. 587.

e) not. Graec. p. 46.

c) theſ. inscr. p. cccxciii.

f) theſ. p. ccclcccclii. 4.

98 OBSERVATIONES IN MATTHAEVM.

gi. Pari ratione aliud monumentum sepulcrale explicari debet, quod est apud MVRATORIVM f), et MARANGONIVM g), in quo τὸ KAT. non Κάτθαε, sed ΚΑΤΕΘΕΤΗ depositus est, vt omnes rationes docent, legi debet. Vnde quoque intelligitur, quid sigla KATAΘ. in graecis inscriptionibus significet, et quam adcommodatum sit, eam per KATAΘεσις, depositio, interpretari. Exempla eius rei suppeditabunt ARRINGHIVS h), REINESIVS i) et CORSINIVS k).

g) adp. ad atl. Vittorini, p. 984.
p. 70. k) not. Graec. p. 35. coll.
h) Roma subt. libr. III. PLACENTINO de siglis vet.
cap. 22. p. 619. Graec. p. 102. et REINESIO
i) class. xx. num. 375. cl. xx. inscr. 375.



DE

DE

P O T V

SERVATORIS MORIBVNDI.



V T O P
SEKULÄRIS MORITABUNDI





MATTHAEI CAP. XXVII, 34.

Ἐδωκαν ἀυτῷ πιεῖν ὅξος μετὰ χολῆς
μεμιγμένου.

SACRI scriptores, qui res gestas feruatoris nostri litteris consignarunt, inter alia quoque de potu loquuntur, qui ipsi non solum, quum ad ferale duceretur supplicium; sed etiam postea, quam in crucem actus esset, praebitus fuit.
MATTHAEVS a) enim ἐδωκαν, inquit, ἀυτῷ πιεῖν ὅξος μετὰ χολῆς μεμιγμένου, καὶ γενσάμενος, ὡς ἥθελε πιεῖν, dederunt ei bibere acetum cum felle mixtum, et gustans noluit bibere; deinde vero b): καὶ ἐνθέως δραμὼν εἰς ἑξ ἀντῶν καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὅξες καὶ περιθείς καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν, et continuo currens unus ex eis et accipiens spongiam, implens acetō et circumponens arundini, potauit eum. MARCVS c) alterum potus genus longe aliter describit, ut ex his eius verbis patet: καὶ ἐδίδον ἀυτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον, ὁ δὲ σὺν ἔλαβε, et dabant ei bibere myrrhatum vinum, is vero non accepit, alterum vero, cuius etiam meminit, cum MATTHAEI descriptione videtur conuenire. Sic vero ille d): δραμὼν δὲ εἴς, καὶ γεμίσας σπόγγον ὅξες, περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν αὐτὸν, currens autem aliquis et implens spongiam acetō circumponensque calamo, eum potanit.

G 4

Ita-

a) cap. xxvii. 34.

c) cap. xv. v. 23.

b) ibid. v. 48.

d) ibid. v. 36.

Itaque ambo scriptores non de vno potu loquuntur, sed dupli, vt quilibet videt. LVCAS contra et IOANNES vnius tantum quisque potionis mentionem faciunt. Ac LVCAS f) quidem, ἐνέπαιχον, ait, αὐτῷ ηγήσι τραχιῶτας, προσερχόμενοι. ηγήσι ὄξος προσφέροντες αὐτῷ, illudiebant autem ipsi et milites, accedentes et acetum offerentes ei; IOANNES g) vero, postquam optimum feruatorem, cruci affixum, de siti conquestum esse dixerat, positum ibi fuisse, inquit, σκεῦος, ὄξος μετὸν, tum vero sic pergit: οἱ δὲ, πλήσαντες σπόγγον ὄξος ηγήσι υστάπω περιθέντες προστίνευγκαν αὐτῷ τὰ σώματα, illi vero implentes spongiam aceto et hyssopo circumponentes, obtulerunt eius ori.

HAEC sacrorum scriptorum effata diuersa ratione inter se conciliare studuerunt interpretes. Quorum quidem ea prae ceteris sese nobis commendat sententia, qua feruatori nostro non ter, quod voluere nonnulli; sed bis tantum, diuerso que tempore diuersum potus genus oblatum fuisse, adfirmatur. Prioris vero potionis mentionem fieri arbitramur apud MATTHAEVM cap. XXVII. v. 34. et MARCVM cap. XV. v. 23. posterioris vero itidem apud MATTHAEVM non solum, eiusdem capitinis versu 48. sed etiam apud MARCVM ibid. v. 36. tum et apud LVCAM cap. XXIII. v. 36. ac IOANNEM cap. XVIII. v. 28. 29. Vere autem et recte nos sic iudicare, docendum et demonstrandum in praesenti esse, videtur. Quod quidem nos sic faciemus, vt primum potionem illam, quam MATTHAEVS cap. XXVII. v. 34. habet, eamdem esse cum illa apud MARCVM cap. XV. v. 23. ostendamus; deinde vero, ab hoc primo potu diuersum esse alterum, cuius, prae-

f) cap. xxiii. 36.

g) cap. xviii. 29.

praeter MATTHAEVM *ib.* v. 48. et MARCVM *ib.* v. 36. IOANNES *cap.* XVIII. v. 28. 29. mentionem faciat; ad extremum autem, ex iis, quae LVCAS *cap.* XXIII. v. 36. habeat, non esse nouum potus genus effingendum; sed hoc idem illud esse, quod secundo a nobis loco positum, et a MATTHAEO, MARCO et IOANNE locis modo excitatis descriptum fit.

AC de eo potu, quem MATTHAEVS *cap.* XXVII. v. 34. commemorat, ut primo loco dicamus, hoc aliquam habere videtur dubitationem, utrum, qui apud MATTHAEVM ibi describatur, idem ille sit, de quo loquatur MARCUS, *cap.* XV. v. 23. Ille enim ὥξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον, acetum cum felle mixtum, hic οἶνος ἐσμυρνισμένον, vinum myrratum, seruatori nostro, ad palum et necem ducto, oblatum esse, scribit. Videtur nempe hoc ipso quisque singulare potionis genus designare, alter de aceto cum felle mixto loqui, alter de vino myrrato *i).* Qua quidem in re duo nobis in primis spectanda sunt, alterum potionis genus est, quod sacri scriptores Christo datum esse, referunt, alterum tempus, quo id contigisse dicitur. Nam si, quoad potum cogitamus, non re, sed verbis MATTHAEVM a MARCO dissentire, demonstrari potest, ac simul ostendi, eadem, quae MATTHAEVS habeat, in idem ipsum tempus, in quod ea, quae MARCUS, incidere, coniectura admodum probabili ducimur, potum utriusque scriptoris sacri non diuersum; sed unum eundemque esse. De pri-

G 5 mo

i) vnde etiam IO. EDWARDVS putauit, de alio noui testamenti, exerc. II. potu MATTHAEVM, de alio p. 172. MARCVM loquutum esse,

mo quaestione capite infra fusius dicetur, resque ipsa de hoc potu, esse nempe οἶνον MARCI ἐσμυρνισμένον haud aliud ac MATTHAEI ὄξος, μετὰ χολῆς μεμηγμένον, ad sumnum probabilitatis gradum perducetur. Quod vero adtinet ad ipsum tempus, eundem rerum gestarum ordinem in MATTHAEO, quem in MARCO, obseruamus. MATTHAEVS enim deductum esse seruatoris scribit, ad locum caluariae, Golgatha dictum: quum ibi aduenisset, potum ipsi praebitum fuisse, quem seruator noster recusauerit, quo facto sine mora eum ad supplicium produxitum et cruci adfixum fuisse. Eadem de suo potu MARCVS habet. Conuenit cum MATTHAEO tempore; Christo enim, ad montem illum delato, potionem oblatam esse, dicit: conuenit iis, quae consequuta sunt et cum ipso hoc potu supplicium mortis coniungit: conuenit etiam hac περιστάσει, recusatum esse potum istum ab optimo nostro seruatori. Quae quum ita sint, in primis si hoc accedit, quod infra demonstrabitur, οἶνον ἐσμυρνισμένον MARCI perquam commode a MATTHAEO ὄξος μετὰ χολῆς μεμηγμένον dici adpellarique potuisse, quis, quaeso, facile sibi poterit persuadere, alium esse potum, de quo MATTHAEVS, alium, de quo MARCVS loquatur.

NEQVE vero maiorem difficultatem habere videtur quaestio illa, quam secundo nos loco posuimus, sitne illud potus genus, cuius IOANNES cap. XVIII. v. 28. 29. mentionem fecit, ab eo, de quo iam diximus, diuersum. Diuersum profecto fuit, quod quidem neminem facile, arbitramur, esse negaturum. Patebit vero id cui libet facillime, si temporis, quo potum hunc hausit seruator, tum vero ipsius potus rationem

ha-

habuerit, ac simul, quomodo apud hunc gesserit se seruator, reputare velit. Temporis discriamen satis est manifestum. Ille enim potus, quem MATTHAEVS habet, *cap. XXVII. 34.* et MARCVS *cap. XV. v. 23.* antea seruatori, quam in crucem esset actus; hic vero, cuius apud IOANNEM mentio fit, postmodum ipfi, in crucem iamiam sublato, est datus, ut ex MATTHAEO et MARCO satis et abunde constat. Neque ipsa potus differentia potest negari. Aliud enim est οἶνος ἐσμυρνισμένος, ante crucis supplicium, aliud ὄξος, post illud peractum, seruatori nostro praebitum. Accedit denique, aliter se gessisse nostrum seruatorem, quum οἶνος ἐσμυρνισμένος, aliter, quum ὄξος de cruce pendenti ipfi porrigeretur. Priorem potionem sponte oblatam, vix primis, ut aiunt, labris gustatam, reculauit, posteriorem expetitam imbibit, hocque facto placide exspirauit. Qua propter sic statuimus, duplarem hunc potum probe a se inuicem esse secernendum, alterum, cuius MATTHAEVS *cap. XXVII. 34.* et MARCVS *cap. XV. 23.* alterum, cuius IOANNES *cap. XVIII. 28. 29.* mentionem facit, hunc apud IOANNEM eundem esse, de quo etiam MATTHAEVS *v. 48.* et MARCVS *v. 36.* capitum modo excitatorum, loquantur. Iam vero, de illo potu, de quo est apud LVCAM, *cap. xxiii. 36.* quid statuendum sit, merito quaerendum esse, videtur. Sunt, qui hanc potionem, de qua LVCAS, distingue-
dam esse putant ab ea, quam vidimus a MATTHAEO *cap. XXVII. 48.* MARCO *cap. XV. 36.* et IOANNE *cap. XVIII. 28. 29.* esse commemorata. Ita statuunt, praeter alios, IOANNES GERHARDVS ^{l)} IO. REINHARDVS RVSIVS ^{m)} DAVID HAV-

^{l)} harm. euang. ad h. l. ^{m)} harm. eu. tom. III. p. 1257.



BERVS o) sententiaeque suaee fundamētum ex eo petunt, quod LVCAS primum de potu loquatur, qui seruatori, in crucem acto, praebitus sit, tum vero demum solem dicat esse obscuratum, MATTHAEVS contra et MARCVS et IOANNES tenebris illis potionem suam postponant. Addunt, alia verba prolata esse tum, quum Iesus potum hauserit, de quo LVCAS, alia quum potum, de quo MATTHAEVS MARCVS et IOANNES loquuntur. Apud LVCAM dictum tum esse, *si tu es rex Iudeorum, salua te ipsum*, apud MATTHAEVM autem et MARCVM: *sine videamus, an veniat Elias, liberatus eum.* Denique et hoc vrgent, LVCAE fuisse propositum, temporis ordinem in enarranda sacra historia sequi, ex quo necesse sit, vt potus, de quo ipse loquatur, secernatur ab eo, cuius apud MATTHAEVM, MARCVM et IOANNEM mentionem factam esse, diximus. Ea vero omnia, siue singillatim expendamus, siue coniunctim, tanti haud pondereis nobis esse videntur, vt duplicum potum seruatori, iamiam in crucem acto, porrectum fuisse, statuere, necessarium sit. Verissimum est, MATTHAEVM, MARCVM et IOANNEM ea, quae de aceto, a moribundo seruatore hausto, litteris confignarunt, postponere tenebris illis, quae, peracto crucis supplicio, consequatae sunt. Neque vero et hoc negari potest, LVCAM alium ordinem seruare ac primum de aceto loqui, tum vero demum de tenebris illis, quibus, tanquam insigni miraculo, mortem seruatoris nobilitatam esse, legimus. At enim vero, quis vñquam vel optimorum scriptorum ordinis legibus adeo se addixit, vt in rebus et factis, quae paucissimi

o) in der Harmonie der evangeliisten, ad hanc locum.

cissimarum horarum spatio a se inuicem distant; quae insuper neque cum aniecedentibus, neque consequentibus arte cohaerent: quae perinde sunt ut proponuntur, vtrum reliquis a se narratis scriptor ea praemittat, an postponat, ut, inquam, in eiusmodi rebus a temporis ordine paullulum defletere, religioni sibi duxerit? Nec est, quod alia cum hoc potu verba apud MATTHAEVM et MARCVM, alia apud LVCAM coniungi, dicamus. Haec enim tanto minus potum LVCAE a potu MATTHAEI et MARCI diuersum efficiunt, quo certius est et exploratius, tum, quum acetum hauserit moribundus seruator, alios alia simul loqui potuisse. Dixere adstantium nonnulli: *si tu es rex iudeorum, salua te ipsum*, alii verbis seruatoris Eli Eli cet. temere ludentes, adiecere: *sine videamus, an veniat Elias, liberaturus eum.* Itaque diuersae adstantium voices diuersaque ludibria ipsum potum neutiquam diuersum faciunt, sed potius coniungenda ab iis sunt, qui quatuor sacrorum scriptorum de rebus seruatoris gestis commentarios inter se conciliare student q). Quare rectissime statunt, qui seruatori nostro, in crucem iam sublato, vnicum tantum potum oblatum esse, dicunt.

HAEc quum ita sint, quum merito potum seruatoris ante eius suspendium a potu in cruce debeamus distinguere, bipartita erit commentatio nostra, altera de priori, altera de posteriori potus genere disputabit. Quae de illo dicenda sunt, ad tria commode capita reuocari nobis posse, videntur. Primum, cuius potus iste generis fuerit, videbimus, deinde, quare iste serua-

tori
q) conferatur SAGITTA- 50. et ANT. BYNAEV^s de
RIVS harm. hist. passionis morte Iesu Christi libr. III.
Christi part. II. cap. 15. §. p. 366.

tori oblatus fuerit, ad extremum, qua se ratione seruator noster gesserit, quum ipsi haec potio ad bibendum offerretur. Ac primum quidem quod ad ipsum potum adtinet, MARCVS eum οἶνον ἐσμυρνισμένον vocat, quod vini genus quale fuerit, merito quaerere interpretes vide-
mus. Satis notae sunt, quas ea de re BEZA r) et BARONIVS s) in medium adulterunt, conie-
cturae. Ille enim vinum, existimat, fuisse con-
ditum, eius nempe generis, quod murinam ad-
pellauerint veteres. Quam a se prolatam con-
jecturam verbis PLINII t) confirmare studeat:
laudatissima apud priscos vina erant myrrhae odore condita, ut adparet in Plauti fabula, quae Persa inscribitur. Ex quibus haud obscure colligi posse, sibi persuadet, potum hunc seruatoris dulcem quidem fuisse, admixtum tamen aliquem amarum, minus vero ingratum saporem ha-
buisse. Aliam fouet sententiam BARONIVS, qui vinum hoc *myrrhatum* dictum esse, putat, *quod in vasis myrrhinis ad saporem odoremque quaerendum calidum poneretur.* Haec BARONIVS; vtrum is
aeque ac BEZA recte sic statuat, iam paucis vide-
bimus. BEZAE sententia parum probabilitatis
prae se ferre, omnibus videbitur, qui vina eius-
modi condita pretiosa, dulcia et in summis apud
veteres deliciis fuisse, reputabunt. Tale vero
vinum si fuisset seruatoris nostri, qui, quae-
so, potuisset MATTHAEVS istud *acetum, cum felle per-*
mixtum, adpellare? Accedit praeterea, verba
PLINII, a BEZA testimonii causa adlata, non
ita comparata esse, vt tuto iis inniti, aut certi
quid

r) not. ad Marc. xv. 33. 95.

s) annalibus ecclesiast. ad t) libr. XIII. hist. natu-
annum Christi XXXIII. num. ral. cap. 13.

quid ex iisdem ea in re efficere, liceat. Librariorum enim culpa corrupta ea esse, CLAVDIVS SALMASIVS x) non sine probabilitate docet atque ostendit, primum ipsam lectionem verborum: *vina erant myrrhae odore condita*, admodum dubiam esse, aliis codicibus *miro*, aliis *muro*, aut *murino odore* legentibus, deinde, quum Plinius ad haec PLAVTI verba y):

*commisce mulsum struthea colutheaque appara,
bene ut in scutris concaleat, et calatum iniice,*

eam in rem prouocet, verisimile videri, illum scripsisse, *laudatissima apud pristos erant vina pomorum odore condita*, maxime quod *struthea* et *lutea* pomorum fuerint genera, *in mustum addita vel mulsum*, *ut simul in scutris decoquerentur*. Neque vero probabiliora videntur nobis BARONIE de vasis murrhinis cogirata, a doctissimo CASAVONO z) iam satis excussa et refutata. Putat vero is, δίον έτεμυρηνομένον a vasis murrhinis dictum esse, quae vino calido, in illa infuso, gratum saporem odoremque conciliauerint. Nolumus iam de ipsis vasis murrhinis disputare et, cuiusnam materiae illa fuerint, fusiis excutere a). Hoc tamen non potest a nobis praetermitti, vasā ista omnium fere pretiosissima et non, nisi ad regum, principum ditissimorumque hominum suppellectilem, pertinuisse. SENECA b):

illa

y) exercit. Plin. p. 499. sq. SALMASIVM exercit. Plin. p.

x) Pers. aet. 1. scen. 3. v. 203. coll. p. 144. NICOB.

z) exercit. antibaron. XVI. LAVM GVIBERTVM diff. de murrhinis vasis, Francofurti 1510LXXXVII. 8. et 10.

18. FRID. CHRISTIVM diff. de murinis vet. Lips. 1510CE
a) vide de vasis murrhiniis HIERON. MERCVRIALEM libr. VI. var. lett. cap. 1. murinis vet. Lips. 1510. 4.
p. 101. GVIL. STVCKIVM XXXXIII. 4.
libr. III. ant. coniuial. cap. 12. b) epift. 119.

illa hoc unum iubet, sicut exsingui, utrum sit aureum poculum, an crystallinum, an murrhinum, an tiburtinus calix, an manus concava, nihil refert. Idem scriptor alio loco c), video illic, inquit, crystallina, quorum accedit fragilitas pretium -- video murrhina pocula, parum scilicet luxuria magno fuerit, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se propinarent. Vasorum horum meminit etiam PLINIVS d), ex quo immensum eorum, magnorum in primis, pretium satis et abunde potest intelligi. Ex crescit, inquit, indies eius rei luxus, murrhino octoginta septuaginta emto, capaci plane ad sextarios tres calice. Oriens, sic vero pergit, murrhina mittit. Inueniuntur ibi in pluribus locis, nec insignibus, maxime parthici regni, praecipue tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos, crassitudine raro, quanta dictum est vase potorio. Splendor his sine viribus, nitorque verius, quam splendor. Sed in pretio varietas colorum subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex utroque ignescentem, velut per transitum coloris purpura rubescente aut lacte candescente. Aliqua et in odore commendatio est. Addimus, Augustum, SVETONIO e) teste, Alexandria capta, nihil sibi praeter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuisse, quae res ipsa itidem haud obscure, ni fallimur, declarat, nihil plebeium, aut populare fuisse murrhinam veterum, siue eam cum PLINIO gemmae genus, onychem forte, fuisse, dicamus, siue, ut alii apud eumdem volunt, humorem sub terra densatum, succinum forte, maxime quod

c) de benef. VII. 9. cap. 2.

d) libr. XXXVII. hist. nat. e) vit. Aug. cap. LXXI.

quod odorem ipsi adscribunt veteres, siue aliam materiam, aut coctam, aut alia arte factam Ab his vasis murrhinis potionem illam ἐσμυρνισμένην dictam esse, censet BARONIVS, quae seruatori nostro, ad crucis supplicium ducto, obligata fuerit. Verum, si sumnum vasorum horum apud veteres pretium expendimus, si cum hoc comitatum, quem tunc seruator habuit, comparamus, si ex hoc efficimus, venire debuisse hanc pretiosam potionem ex manibus vel iudeorum, seruatori nostro infensissimorum, vel militum gregariorum, vel mulierum piarum; sed, ut probabile est, pauperiorum, si porro reputamus, murrhinam veterum, quod HIERONYMVS MERCVRIALIS ^{h)} obseruauit, proprie non ad vini genera pertinuisse; Marcum vero hunc potum, seruatori porrectum, diserte οἶνον vocasse, si denique addimus, murrhinam illam, quacunque ratione composita fuerit, ad dulcia et grata potus genera pertinuisse ⁱ⁾, potionem vero illam, MATTHAEO teste, saporem acetum cum felle permixti, habuisse, si, inquam, haec omnia debita ratione consideramus, BARONI coniecturam ne minimam quidem probabilitatis speciem prae se ferre, facile videbimus. Iam vero, si, quid nos sentiamus, dicere nobis licet, οἶνον illud Marci ἐσμυρνισμένον vinum esse, credimus, cui myrrha indita fuerat. Patet id pri-

^{h)} lib. v. var. lett. cap. 2. potionem myrrinam, a Videantur, que ea de re μύρη unguento sic dictam, BARTHOLINVS habet de et myrrhatam, myrrha infectam et amaram probe a cruce p. 148.

ⁱ⁾ legatur hic in primis se inuicem esse fecerent THOMAS BARTHOLINVS de cruce p. 146. vbi monstrat, *H*

primum ex ipso vocabuli σινύρια apud veteres vsu, quod *myrrham* significare, nemo facile negabit, deinide ex consensu antiquissimarum versionum, nominatum syriace, arabicae et aethiopicae, quae verba Marci per *vinum myrrha* conditum vel infectum, interpretantur, tum ex ipsa consuetudine veterum, *myrrham* cum potu miscendi, ad saporem efficiendum et sensum doloris remouendum, ut ex binis APVLEII effatis NICOLAVS FABER h) docet, denique ex veterum iudeorum ritu, quo ad ultimum supplicium ducendis eiusmodi potionis, ut infra demonstrabimus, praebuerunt.

QVID igitur οὗτος ἐσμυρνισμένος sit, satis nos, arbitramur, ostendisse. Qua vero ratione hoc potus genus, MATTHAEVS ὁ ἔχος μετὰ χολῆς μηγμένον potuit adpellare? Admodum ea in re dissentient interpres aliqui doctissimi viri. IO. EDWARDVS l) duplarem potum eo tempore Christo adlatum esse, coniicit, alterum vinum myrratum, alterum, acetum cum felle mixtum. Sequitur ea in re conjecturam, a THEOPHYLACTO m) iam in medium adlatam, ut ex his eius verbis constat: ἄλλος ἐναγγελιστής, ὁ ἔχος μετὰ χολῆς, καὶ ἔτερος ἄλλο τι, λέγει, προσενεκθῆναι τῷ μυρίῳ. καὶ ὅδεν ἐναντίον ἐν τέτοις. αἴταξις γὰρ ὅσης ἄλλα ἄλλοι προσέφερον, καὶ ὁ μέν ὁ ἔχος καὶ χολὴν, ὁ δὲ οἶνος ἐσμυρνισμένον, aliud euangelista dicit acetum cum felle et aliud, aliud quid oblatum esse domino, et nihil in his contrarium. Quum enim nulla esset apud

k) diff. de myrrata po-
sitione ad illustr. card. Baro-
num, collatis iis, quae de
myrrae in vinis vsu apud
veteres docebat BAR-

THOLINVS de cruce p. 150.
l) exercitat. in loca que-
dam noui testam. exerc. II.
myrrae in vinis vsu apud p. 172.
m) comm. in Marc. XV. 23.

upud illos disciplina, alii alia offerebant et alius quidem acetum et fel, alius autem vinum myrrhatum. Quae tamen ipse scriptor ad coniecturas tantum refert ingenuaque fatetur, potuisse forsitan offerri seruatori nostro vinum acerbum, et propter myrrham iniectam, peramarum, adeo, ut ob eam caussam MATTHAEVS potum hunc acetum cum felle mixtum commode dicere potuerit.

IOSVA MEDE n) emendatione verborum MATTHAEI opus esse, statuit. Irrepsisse is, putat, pro vocabulo οἶνος vocabulum ὅξος, nixus codicum nonnullorum et versionum copticae et aethiopicae auctoritate, vt ex MILLIO o) et 10. RVDOLPH. WETSTENIO p) patet. Verum contradicunt vetustissimi reliqui codices, tum et versio Syriaca, arabica aliaeque antiquiores, quae in diuidicande lectionum auctoritate haud parum habent fidei. Aliam fouent sententiam, qui in poculum, quod seruatori praebitum fuerit, myrrham et fel simul iniectum esse, opinantur, illius a MARCO, huius a MATTHAEO mentionem fieri. Sic, praepter BEDAM aliasque, statuit ISAACVS CASAVBONVS q). Videlur, inquit, ab his sanctis mulieribus vinum myrrhatum Christo paratum fuisse consuetudine gentis, sed quum accedere ad dominum non possent, ac ne honestas quidem, opinor, pateretur, vinum praeparatum militibus tradiderunt domino porrigendum. Illi, ut erant proni ad omne scelus, felle immixto poculum mulierum piarum corruperunt. - -

MARCI οἶνος ἐσμυρισμένος ipsissimam eius pulci consuetudinem et factum mulierum ob oculos po-

H 2 nit,

n) p. 518. operum.

o) nou. test. p. 64.

p) nou. test. ad h. l.

q) exercit. antibaron. XVI.

cap. 80. Eamdem fere,

quam CASAVBONVS, sententiam tuetur EDZARDVS

ad AuodaSara, cap. II. p. 400.

nit, MATTAEVS, qui adpellat acetum et quidem felle mixtum, scelus militum detestabile commemorat. Eamdem sententiam, quam CASAVBONVS, etiam EDMUNDVS MERILLIUS r) est amplexus. Quoad nos quidem ea de re iudicamus, ad eiusmodi coniecturas, quae in solo ingenio nituntur, non prius configiendum est, quam si nos ab omnibus reliquis tutioribus interpretandi subsidiis desitutos nos esse, aut si nulla alia re scriptores sacros in concordiam redigi posse, videamus. Facillima vero sine eiusmodi coniecturis sacrorum verborum interpretatio institui hic posse, nobis videtur. MARCVS enim potus huius materiam; MATTAEVS vero eiusdem saporem describit, ille, cuius generis et qua ratione compositus is fuerit, indicat, eumque proinde οἴνον ἐσμυρνισμένον, vinum myrrha conditum, fuisse, dicit. Hic vero definire tantummodo voluisse, videtur, quo is fuerit sapore, fuisse vinum vilissimum, asperum, acerbum, aceto simile, ac simul propter inditam myrrham peramarum, haud secus, ac si felle mixtum fuisset. Vnde eum potum ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον adpellauit, tanto certe maiori iure, quum vina acida τὸ ὄξες, quaevis vero amara τῆς χολῆς nomen apud veteres habuere. Sic vinum acidum HORATIVS s) acetum dicit, quod Chio opponit:

*Si positis intus Chii veterisque Falerni
mille cadis, nihil est, tercentum millibus, acre
potet acetum.*

GALENVS t) scribit, οἴνον τεθνεῶτα ηγή νεκρὸν εἶναι
τὸ ὄξος. Vnde SYRVVS interpres χολὴν vertit vo-
ca-

r) notis philol. in pass. t) libr. I. cap. 17. de simpl.
Christi, p. 124. med. facult.
s) libr. II. sat. 3. v. 115.

cabulo, quod non tam fel, quam quamvis amaritudinem designat. Idem faciunt septuaginta interpres, qui, *absinthium* graece reddituri, u) *χολὴν* ponunt, probe gnari, hoc vocabulo quamvis rem amaram Graecos denotare. Haud fere secus latini scriptores, *fel*, omne, quod amarum est, adpellare solent. Sic pereleganter Dinar-chus adolescens apud PLAVTVM x) ad meretrices dicit:

*in melle sunt linguae sitae vestrae atque orationes
laetaque, corda felle sunt sita atque acerbo aceto.*

AVSONIVS y):

*qui melle carmen atque felle temperans
torpore Musas non finis - -*

TIBULLVS z):

omnia nam tristi tempora felle madent.

Quare etiam PLINIVS a) *fel terrae* dixit herbam omnium amarissimam, qualis est centaurion, spicatiat minus b).

VIDIMVS iam, cuius indolis et naturae fuerit potus ille, quem feruatori nostro in monte Golgatha praebitum fuisse, scriptores sacri referunt. Sequitur iam altera quaestio, quam ob caussam potio haec oblata eidem fuerit. Qua in re itidem dissentient interpretes ac pro ipsa de

H 3 hoc

u) prouerb. v. 4. *Thren.* diff. de myrrhata potionē Christi, Londini 1510 CCLX.

III. 15. x) *truculent. aff. I. scen. 2.* IO. GEORG. HVITTERVS comm.

y) epigr. 15. de potu felleo et acetofo, Christo agonizanti ante crucifixionem porrecto, Lipsiae 1510 CLXXXVIII. THOMAS BARTHOLINVS de cruce Christi,

z) libr. II. eleg. 4. v. 12. a) libr. xxv. hist. nat. hypomn. II. quod de vino myrrhato agit, p. 134.

cap. 6.

b) de hoc potu, de quo iam disputauimus, legantur NICOLAVS FABER laudata

hoc potu sententiarum diuersitate in diuersas partes abeunt. Sunt, qui pias mulieres, fidias seruatoris ad vltimi supplicii locum comites, potum suauem seruatori praeparasse volunt, quem, suspicantur, iudeos proterue et petulanter corrupisse, ludibrii cauſa et vt nullum quasi cruciatus genus moribundo deſſet. Itaque pio animo praeparatum, maleuolo corruptum hunc potum eſſe, opinantur. Huius sententiae patroni ac fautores potiſſimum ſunt, ISAACVS CASAVBO-NVS c), ABRAAMVS CALOVIVS d) aliique apud IO. CHRISTOPH. WOLFIVM e). IO. LIGHTFOOTVS f) haud parum abludere ab eadem ſententia videtur. Non tamen pias mulieres; ſed iudeos potum hunc praebuiffe Iefu, arbitratur, pro gentis ſuae confuetudine, qua omnibus, ad capitale ſupplicium ducendis, vinum ad perturbandos animi ſenſus datum eſſet; hoc vero iudeos, qui pro ſummo ſuo in ſeruatore noſtrum odio nullum petulantiae et ludibrii genus intatū reliquiffent, infuso aceto et felle deprauaſe. RAMIRESVS DE PRADO g) hanc veterum iudeorū consuetudinem etiam in cauſa huius potus ponit, in eo tamen diſſentit, quod non a iudeis, ſed ab amicis et cognatis eorum, qui morte puniendi eſſent, tale potionis genus procuratum eſſe, ſtatuit. Vnde, propinatum, inquit, domino noſtro forte a piis mulieribus, quae nimurum lamentantes eum proſequabantur, quo ſenſibus alienatis mortem crucis ſubiret ſine dolore. Paullo aliter ſentit

- c) exercitationibus antibar. Marc. XVI. 23. p. 534.
 XVI. 80. p. 549. f) horis ebr. et talmud.
 d) bibliis illuſtratis ad ad Matth. xxvii. 33.
 Matth. xxvii. 33. g) pentecontarch. cap.
 e) euris phil. et orit. ad VIII.

sensit PICINELLVS, h) qui potum tales non tam ad animi sensus perturbandos, quam ad confortandos reos adhibitum esse, statuit, ut tormenta mortisque supplicium cum vigore quodam et sine magno horro subirent. Quo et respicere videtur doctissimus THOMAS BARTHOLINVS, i) qui, postquam ex medicorum veterum scriptis monstrauerat, multum eos tribuisse vino ad auertendum animi deliquium, quod συνκοπήν solent graece adpellare, talis tum, inquit, erat saluatoris conditio, ut ex longiori itinere et acceptis plagiis, contumeliis infinitisque animi affectionibus in aeternam syncopem videretur casurus, nisi aliquo vini haustu subleuatus fuisse. Acidum vero vinum eam ob caussam adhibitum fuisse, suspicatur, k) quoniam id defatigatis admodum conducere, et lassitudinem depellere, creditum olim fuerit, id quod etiam GALENVS l) haud obscure testatur.

NOSTRA quidem sententia a iudeis potus hic seruatori nostro pro consuetudine, in hac gente recepta et visitata, est porrectus. Mos fuit apud iudeos veteres, ad necem damnatis antea, quam ad supplicium ipsum ducerentur, potum vini cum grano thuris porrigendi. Potio ista, maxime propter exhalantem thuris vaporem, eam habebat vim, ut capite plectendi sopitis sensibus mortem sine multo horro subirent et somni quodam genere merisi vita sua priuarentur. Patet id ex his talmudicorum verbis m): זורצא ליהרג משקן אותו קורת של לבוטה בкус של

H 4

h) luminibus reflexis, p. cap. 6.

¶ 44.

i) de cruce p. 138.

k) libro laudatio p. 144.

l) libr. IIII. de tuend. san.

m) Sanbedr. fol. 43. col. 1.

add. tr. Iuchasim fol. 114.

col. 3.

ין כו' שחרוף רעו' שג תננו שכר לאוכר ווין qui ad poenam capitum subeundam egrediebatur, ei bibendum dabant granum thuris in poculo vini, ut mens eius turbaretur, sicut dictum est: date siceram pereunti et vinum eis, qui amaro sunt animo. Ex quo effato simul intelligitur, verba SALOMONIS: n) detur pereunti temetum et vinum moerenti animo, ut potus egestatem suam obliuiscatur sumque laborem iam non recordetur, primariam fere huius consuetudinis occasionem dedisse. Videtur autem, nisi nos omnes rationes fallunt, primum sine dubio purum absque vlla aliqua re admixta vinum datum fuisse, quo reficerentur miseri illi et mortis metu afflicti homines, deinde additum aliquid, quod mentem eorum grauaret eosque sospitos efficeret, vt, quasi praesentis sui status obliiti a mortis instantis metu supplicique horrore abducerentur o). Neque vero non eumdem ritum etiam inter gentes, a vero dei cultu alienas, receptum fuisse, animaduertimus. De Atheniensibus enim verba SVIDAE p): ἔποις τὰ τρία τὰ παρὰ τὴν αὐλὴν τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀγομένοις ἐξηντίσθε καὶ ὅντες πληρωθῆσθαι τρία λέγειν, ἡ βόλοιο μεθ' αὐτιμωθέντες απηγούοντο πρὸς τὸν θάνατον, satis superque declarant, tantum eos vini reis, ad mortem ducendis, dedisse, ut bene poti et temulenti poenam suam subirent, quatenus id ex vocabulo πληρωθῆνας colligere licet. Fuisse autem

Athe-

n) pro. xxxi. 6. Ad o) plura de hoc veterum Ebraeorum riu vide apud HENR. PIPPINGIVM exerc. de potu puniendis ante mortis supplicium et patienti Christo ante crucifixionem

porrelio, Lipsiae cito cl. XXXVIII. et in eius exercitationibus academicis, pag. 53. p) lex. vocibus αὐλὴ, et τέλος τὰ τρία et τὰ τρία τὰ εἰς τὴν θάνατον.

Atheniensibus ea in re idem, quod iudeis, consilium, videtur, capite puniendos potu aliquo sensibus priuandi; sic tamen, ut quod hi grano thuris, illi magna vini copia efficere studerent. Quid vero granum thuris, quum myrrham inditam esse potionis, quae seruatori nostro data fuerit, sacer scriptor diserte dicat? Ad quam difficultatem tollendam, ISAAC. CASAVBONVS q.) *Ebraei*, inquit, *in eundem finem granum thuris, aut myrrhae vino miscabant*. Rabbini thus in eam rem nominant, fortasse pro myrrha, cuius meminit Marcus. Nam ita solent saepe species confundi. Recte id quodammodo coniicit doctissimus CASAVBONVS. DIOSCORIDES enim myrrhae tribuit vim καρπτήν et APVLEIVS r.) binis locis testatur, *myrrhae prae sumptione munire se homines contra illas et verbera*. Quibus et hoc accedit, quod PLINIVS) testatur, tantam olim creditam fuisse thuris et myrrhae ad infinitatem, ut multi ex eadem arbore vtrumque legere se posse, crederent. Alii, vt ANTONIVS BYNAEVS t), difficultati huic sic subuenire se posse, arbitrantur, ut, quum doctores iudaici thus nominauerint, vel myrrham in mente habuisse, vel hanc thuris quoque nomine comprehendisse, dicant. Aliam sententiam fouet eruditissimus SAMVEL BOCHARDVS u.), ut ex his eius verbis colligere licet: *vinum myrrhatum est myrrha conditum, vel thure etiam, quia Εβραις et Syris primo myrrham significat, deinde etiam aroma quoduis. Vnde Gracorum μύρον, quod ex ebraeo*

H 5

στρ

q.) exercit. antibaron. t.) de morte Iesu Christi
XVI. cap. 80. libr. III. cap. 5. p. 269.

r.) conf. NICOL. FABER u.) hierozoico part. i.
diff. de myrrhata potionis. libr. 2. cap. 26. p. 260.

s.) libr. XIIII. hist. nat. cap. 15.



¶ ita factum est, ut non solum myrrinum; sed et unguentum quodvis sonet. In Marco igitur ἐσμυρισμένον idem est, quod μεμυρισμένον vel etiam λεβανωμένον. Ita BOCHARTVS, minus tamen, vt nobis videtur, recte et probabiliter. Admodum verosimile est, loco thuris iudeos nonnumquam forte myrrham eiusmodi potionibus indidisse, quod in perturbandis sensibus parem virtutem vtrumque aromatis genus habere, sibi persuaserunt. Neque vero non et hoc concedi potest, Ebraeorum vocabulum, quo thus designant, latius forte olim patuisse, et myrrham quoque complexu suo tenuisse. Verum hoc magno BOCHARTO largiri haud possumus, in potum illum seruatoris non myrrham, sed thus iniectum fuisse. Nam, vt supra audiuimus, fellis saporem, id est amarissimum, ipsi tribuit Matthaeus, quem myrrae, non vero aequae thuris proprium esse, euidens est et manifestum.

Duo sunt, de quibus hactenus disputauimus, alterum, qualis potus seruatori nostro ante suspedium oblatus fuerit, alterum, quam ob causam hoc factum sit. Reliquum est, vt, quomodo seruator noster ea in re se gesserit, quidue fecerit, paucis videamus. Sumsit poculum, ori admouit, quum vero, quale potionis sibi oblatae esset genus, gustu et primis, vt aiunt, labris explorasset, bibere recusavit. Id MATTHAEVS breuissime indicat verbis: γευσάμενος ἀν θελε πιεῖν, cui Marcus non contradicit, quando, non sumsisse potum hunc seruatorem, scribit. Verba enim eius, ἀν ζλαβε, sic interpretanda sunt, quemadmodum multa alia in scriptoribus sacris x), vt non tam ipsum actum,

quam

x) vide GLASSII philolog. Sacra. p. 779.

quam id, quod actum consequitur, designent. Negat nempe, accepisse seruatorem poculum sic, ut istud ebiberit, quo sensu etiam apud 10.
AN NEM y) formula λαυδάνιον τὸ φανίον legitur, quae non tam accipere iuscum, quam istud *comēdere ac deuorare* significat. Quare vero deprecatus sit optimus seruator potionis huius usum, ratio haud longe quaerenda esse videtur. Nolebat timidus ac pauidus suis videri ad subeundam mortem, cui se ante tam parato tamque forti animo sponte obtulerat. Nolebat sensibus sopitis animam suam deo reddere, aut, hausto illo potu, committere, ut de eius, quae in cruce prolaturus erat, verbis quisquam aliud quid iudicaret; quam esse verba veritatis plenissima et sana ac composita mente prolata. Quas nonnulli ea de re in medium adulere, coniecturas, a **THOMA BARTHOLINO z)** et **ANT. BYNAEO a)** collectas, tanto maiori iure silentio transmittimus, quo minorem prae se ferre videntur probabilitatis speciem.

HAEC de priori potu seruatoris moribundi, siue de eo, qui ipsi ante suspendium, quum ad locum supplicii perductus esset, praebitus fuit. Sequitur iam alter, quem ipsi, in crucem iam sublato, datum esse, supra diximus. Ac de isto quidem haec potissimum notanda esse, videntur, primum quae fuerit potus huius occasio, deinde, quinam ipsi eum praebuerint, porro, quae ratio potus, tum, qui modus potandi fuerit, denique, quo animo quoque consilio exhibitum fuerit seruatori nostro id potionis genus. Occasionem ipse seruator noster praebuit, eo quod de

uti

y) *Ioann. xviii. 30.*z) *de cruce p. 154.*a) *de morte Iesu Christi*

libr. iii. cap. 5. p. 277.

siti conquerebatur, vt ex IOANNE b) satis superque constat. Sitis huius naturales fuisse caussas, nemo negabit, qui, seruatorem ab eo tempore, quo in vincula datus fuerat, sine cibo et potu mansisse, reputare ac simul cogitare velit, vigiliis nocturnis, fatigationibus diurnis, multo profuso sanguine, corporis porro doloribus, vulneribus, plagis et, quod caput rei est, summo animi angore, quo in cruce inprimis discruciatatur, eius vires adeo exhaustas et consumtas fuisse, vt, si corporis humani naturam et indolem spectamus, et a miraculo discedimus, is non potuerit non sitienter potum adpetere, quo enectum et maceratum corpus aliquo modo reficeret. Quae doctissimi interpretes eam apud rem de vaticinio *psalm xxii. 16.* solent commentari, quum breuitari studemus silentio transmittimus. Id vnicum addidisse, sufficiat, multos in ea esse opinione, scriptoris sacri de siti Christi patientis verbis absconditam aliquam sententiam esse subiectam, hocque loco non tam de siti naturali, quam spirituali esse quaerendum. Verum haec et alia eius generis cogitata lubentes iis relinquimus, qui sine omni fundamento in quibuslibet rebus et factis mysticum aliquid quaerunt, et non tam, quid dixerit scriptor facer, quam quod ipsis pro suo ingenio volunt, quaerere in sacris tabulis solent.

QVINAM vero fuerint, qui seruatori nostro, animam exhalaturo, potum praebuerunt, merito hic quaerendum esse, videtur. MATTHAEVS c) refert fuisse ἥντα ἐξ αὐτῶν, scilicet τῶν ἐκεῖ σώτων, MARCVS d) vero, τινάς τῶν παρεσημο-

των

b) cap. xviii. v. 27.

d) cap. xv. v. 36.

c) cap. xvii. 47.



των dixisse, ecce Eliam vocat, vnum vero ex his impleuisse spongiam aceto. LVCASE^e) id diserte tribuit militibus romanis. Εὐπατόριον, inquit, αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται, προσερχόμενοι καὶ ὅξος προσφέροντες αὐτῷ. IOANNES^f), qui fuerint hi, vnum; an plures, iudeus; an miles romanus, non definiit, dixisse contentus, οἱ δὲ πλήσαντες σπόργον ὥξες cet. Ita sacri scriptores, de quibus inter se conciliandis haud vna est interpretum sententia. Ii, qui de alio potu LVCAM, de alio reliquos sacros scriptores loquutos esse opinantur, illum, credunt, a militibus, hunc a iudeo quodam seruatori nostro in cruce praebitum esse. Cuius sententiae fundamentum ex eo pertinet, quod, qui potum hunc adulterit, hunc verba Iesu, Eli Eli, friuole detorsisse ad Eliam, opinantur, ex quo iudeum fuisse, efficiunt, non militem romanum, vtpote linguae ebraicae plane ignarum. Ita statuit CLAVD. SALMASIVS^g). Alii, inque his ANTON. BYNAEVS^h) et EDMUNDVS MERILLVSⁱ), non iudeo; sed vni militum romanorum hoc tribuunt. Quum militibus, inquit BYNAEVS, demandata fuerit crucis adseruandi cura, credibile haud quaquam est, iudeorum alicui, spectandi causa qui confluxerant, permisum ab iis esse, Iesu potum dare, aut iudeum acetum sumuisse e romanorum militum vase. Miles ergo romanus fuit, qui Iesu, de siti quum conquestrus esset, obtulit acetum. Si vera fateri debemus, posteriorem sententiam priore longe probabiliorem esse, iudicamus, id quod vt rite pateat, haec potissimum notanda sunt. Loquitur generatim IOANNES

e) cap. xxiii. 36.

f) cap. xviii. 29.

g) de cruce p. 310. et 454.

h) de morte Iesu Christi

libr. III. cap. V.

i) cap. 5. v. 33.

NES ac *oi δὲ*, inquit, *πλήσαντες σπόγγον*^{οὐδέ}_{Σ85}, aliqui vero implentes spongiam acetō. Ita enim saepe solent scriptores tam sacri, nominatim LVCAS et MATTHAEVS *k*), quam profani, loqui, ut *oi δὲ* ponant pro *tuvēs δὲ*, quidam vero. ARRIANVS *l*) *oi δὲ*, inquit, *καὶ τὸ σῶμα τῆς Κύρας ἐλαβόσαντο*, quidam et ipsum corpus Cyri violauerant, et alio loco *m*): *oi δὲ καὶ τὰδε ανέγραψαν*, alii d etiam memoriae prodiderunt: AELIANVS *n*): *oi δὲ Φασὶν καὶ ἑτέρας ἔξι*, eis ēīneū πάσας δέκα quidam vero dicunt, etiam alias sex fuisse, ut uniuersae sint decem. PLUTARCHVS *o*): *oi δὲ εἴπον, μηδὲ μαθητεῦσα τισὶ τὸν Ἀισχύνην*, quidam dicebant, *Aeschinem nullius discipulum fuisse*. DIOGENES LAERTIVS *p*): *oi δὲ τῷτο Ἀριστίππῳ Φασί*, aliqui vero Aristippo illud tribunt. IOANNES igitur nihil aliud dicit, quam aliquos fuisse, qui spongiam acetō impleuerint. Quinam vero hi fuerint, docere luculenter LVCAS videtur, qui disertis verbis milites hoc fecisse, ait, milites nempe romanos, quibus custodia corporum, cruci affixorum, demandata fuerat. Haec quum ita sint, qui potuit dicere MATTHAEVS pariter ac MARCVS, vnicum tantummodo fuisse, qui ad vocem IESV hoc potus adferendi negotium in se suscepit? Salua res est. Primum enim nemini, vel leuiter harum rerum perito, incognitum esse potest, numerū multitudinis in scriptura sacra haud

k) cap. xxvi. 67. et cap. XXVIII. 17.

l) exped. Al. M. libr. vi. cap. 29.

m) ib. libr. VII. cap. 1.

n) libr. XII. var. hist. cap. 35.

o) vita decem rhet. p. 840.

p) libr. vi. cap. 2. §. 6. Plura eius generis effata

suppeditant IACOB. ELSNERVS obs. sacrī in Ioann.

p. 346. ELIAS PALAIRET obs. sacrī in Matth. p. 147.

aliisque plures.

haud raro non tam de pluribus, quam de uno
 ex pluribus, adhiberi. Cuius quidem rei nescio;
 an clarissimum documentum sit, illo, quod apud
MATTHAEVM q) habemus. Is discipulos ini-
 quius, scribit, tulisse effusionem vnguenti, pro-
 pter magnum eius pretium, quamquam **IOAN-**
NES r) diserte testatur solum Iudam, unum
 nempe ex pluribus, siue ex numero duodecim
 seruatoris legatorum, stomachatum esse, quum
 tantam impensam fieri tamque pretiosum vn-
 guentum insumi in magistri sui vnguentionem vide-
 ret. Deinde et hoc notandum est, quod hac
 in causa caput rei esse videtur, **MATTHAEVM** et
MARCVM aequae recte id de uno, quod de pluri-
 bus **IOANNES**, dicere adfirmareque potuisse.
 Diuersi enim in hoc potu cum adferendo, tum
 ad haustum praeparando actus probe a se inui-
 cem distingui debent. In his unus praecipue,
 secundum **MATTHAEVM** laboriosum et forte, si
 animum eius reputamus, officiosum se praefit,
 quis vero probabit, eum in hoc negotio,
 in hac re perficienda, nullos adiutores habuisse?
 Hi quum ipsi sine dubio non deessent, summo-
 iure, quod **MATTHAEVS** et **MARCUS** vni, id
IOANNES generatim pluribus ex adstantium nu-
 mero; **LVCAS** vero speciatim militibus tribuere
 potuit. Milites igitur fuerunt, qui labiis sitien-
 tis seruatoris spongiam, aceto repletam, admou-
 erent, id quod **LVCAS** diserte testatur. Quod
 quidem nonnulli eam ob causam negant, quo-
 niam, qui potum praebuerint, ludibrii causa
 verbis seruatoris *Eli*. *Eli*, falsam adfinxerint senten-
 tiam, vnde eosdem linguae ebraicae haud
 imperitos et per consequens Iudeos fuisse, con-
 sequitur respondeat utrumque ob causam staret.

q) cap. xxvi. 8.

r) cap. xii. 4.

staret. Verum apud MATTHAEVM et MARCVM ipsa, quae hoc pertinent, verba id certe non efficiunt, quod illi putant efficere. Verba illius sunt: τινὲς δε τῶν ἐκεῖ ἐσώτον ἀκόσαντες, ἔλεγον· ὅτι Ἡλίαν Φωνεῖς θέτος· καὶ εὐθέως δραμῶν ἐις ἐξ αὐτῶν καὶ λαβὼν σπόργον cert. huius vero: καὶ τινὲς τῶν παρεπηκότων ἀκόσαντες ἔλεγον, οἴδατε, Ἡλίαν Φονεῖ. δραμῶν δὲ εἰς καὶ γεμίσας σπόργον ὥξεις cert. In quibus probe hoc notandum est, verba MATTHAEI, εἰς ἐξ αὐτῶν, non referre se ad eos, qui illuserunt seruatori nostro, Eli, Eli dicenti; sed ad eos, qui ibi circa crucem steterunt, quosque partim iudeeos, partim romanos milites fuisse, admodum probabile videtur. Idem dicendum est de narratione MARCI, qui solummodo ἐνος meminit, quo sine dubio ad τοὺς παρεπηκότας generatim respicit, minus vero speciatim ad eos, qui, ludibrii caussa, seruato rem Eliae auxilium implorare, clamarunt. Neque vero necesse esse, credimus, ut eos, qui verba seruatoris de Elia sunt interpretati, iudeeos fuisse, dicamus. Quum enim romani milites, qui Hierosolymae ciuitati impositi fuerunt, inter iudeeos vixere, nomine Eliae frequenter antea; iam vero ex ore Iesu vocabulo Eli, Eli auditio, Eliam ab ipso vocari, forte sunt arbitrati.

HAEC de ipsa, quae sese obtulerat, seruatori nostro potum praebendi, occasione, deque iis, qui hoc negotium in se suscepserunt. Iam, qualis hic potus fuerit, ut ostendamus, instituti nostri ratio postulare videtur. Sacri scriptores ὥξος, acetum, seruatori nostro praebitum fuisse, aiunt. Quum vero factum id esse a militibus, iam demonstrauimus, quid, quaeſo, probabilius est, quam potu suo militari siue aceto, aqua tempe-

rato,

rato, milites spongiam impleuisse, impletam ori seruatoris admouisse? Acetum enim, aqua mixtum, vsitatisimum apud veteres potus genus fuit, quod poscae habuit nomen. Plebem ea vsum olim fuisse, haud obscure ex PLAVTOS colligere licet:

sed hic rex cum aceto pransurus est et sale sine
bono pulmento,

vnde et ad seruilem potum posca ista pertinuit, quod haec eiusdem poetae verba t) cum antecedentibus collata declarant:

alii ebrii sunt, alii poscam potitant.

In primis vero ad militarem et castrensem victum ea relata est, id quod luculenter comprobant testimonia VVLCATII GALLICANI u): et propter lardum ac buccellatum atque acetum militem in expeditione portare prohibuit, et SPARTIANI x): idem iussit vinum in expeditione neminem bibere; sed aceto uniuersos esse contentos. Quam ob rem idem scriptor alimento militari id potus genus alio loco adnumerat y): cibis etiam castrensis in propatulo libenter utens, hoc est lardo, caseo et posca. Nec propter frequentem eius usum defuerunt olim, qui poscam venderent. Refert id de Asiatico, Vitellii liberto, SVETONIVS z), eum Puteolis potus eius mercatum fecisse; de thermopolio autem testis est PLAVTVS a), poscam ibi fuisse venalem. Quantum aquae aceto in hoc potu militari adfuz-

s) rudente act. III. scen. 2. v. 32. t) milit. glorioſ. act. III. scen. 2. v. 22. u) vit. Auid. Caff. cap. v. I

x) vit. Pescenn. cap. x. y) vit. Adriani, cap. x. z) vit. Vitellii cap. XII. a) mil. glorioſo act. III.

adfusum fuerit, definiri haud potest. Videtur autem nulla certa praescripta fuisse aquae, aceto miscendae, mensura, idque tanto magis, quo probabilius est, milites, in itineribus praecipue, purum acetum secum portasse, eique tantum aquae, quantum cuilibet libuerit, addidisse. Plura de hoc potu dabunt LVDOVICVS NONNIUS *b)*, MARCVS MEIBOMIUS *c)*, GVILIELMVS STVCKIUS *d)*, IO. GEORG. GRAEVIVS *e)*, CHRISTOPH. GODOFR. GRABENERVS *f)*, aliisque. Quae quum ita sint, verosimillima est eorum interpretum coniectura, qui milites, custodiae causa cruci seruatoris adpositos, secum sumsisse vas posca repletum, opinantur, ex quo potum hunc optimo seruatori nostro dederint.

Si porro ipsum modum cogitamus, quo milites vni sunt, ad potum hunc in os seruatoris inferendum, satis luculenter eum describunt MATTHAEVS, MARCVS et IOANNES. Sumsisse, aiunt, aliquem adstantium spongiam, impleuisse eam aceto, tum calamo, siue, ut IOANNES habet, hyssopo istam adfixisse, huiusque ope admouisse ori seruatoris, ut exsugeret. Tria sunt, quae hac in re notatu digna esse, videntur, alterum, vnde acceperint milites hanc spongiam, alterum, quid de hyssopo statuendum sit, cuius ope spongiam istam ad os seruatoris adductam esse, legimus, tertium, quam ob caussam hoc potum praebendi modo milites vni fuerint. Quod ad spongiam spectat, non improbabilis esse videtur sen-

b) de re' cibar. libr. III. cap. 15. p. 477. sqq.

e) not. ad Suet. vit. Vitell. cap. XII.

c) de cereuis. cap. XIII.

f) comm. de posca, Misen.

d) libr. I. ant. coniuial. cap. 21.

ccccxxxxxi. 4.

sententia eorum, qui milites secum illam sumfisse opinantur, ad abstergendum sanguinem crucifixorum, ne, si, largius ex manuum pedumque vulneribus proflueret, vestes eorum inquinarentur ^{g)}. Difficilior autem, ex plurimorum interpretum sententia, est quaestio de hyssopo, cui adligatam spongiam fuisse, IOANNES adfirmat. Auger difficultatem hanc, quod MATTHAEVS et MARCVS dicunt, calatum fuisse, cui adfixa spongia haec fuerit et ori seruatoris admota. Omnes in eo consentiunt, in altera, siue calami siue hysopi, extremitate adfixam fuisse spongiam; differunt tamen, quod MATTHAEVS et MARCVS de calamo loquuntur; IOANNES autem eius genus speciatim ipso fruticis nomine designat. Qua in re hoc in primis aliquid habere videtur difficultatis, qui potuerit calatum hyssopo tribuere IOANNES tam longum, ut arundinis instar adhiberi et ori seruatoris admoueri potuerit. Nonnulli verba IOANNIS sollicitare, lectionem communem desere et emendatione expedire se ex hac difficultate solent. Putant hi, pro ὑσσώπῳ περιθέντες scribendum esse ὑσσῷ προπεριθέντες; ὑσσον fuisse telum missile veterum Romanorum, cuius VEGETIVS ^{h)} fecerit mentionem, eius ferro praefixam fuisse spongiam, aceto repletam; MATTHAEVM et MARCVM κάλαμον hoc pilum dicere, quod pars eius lignea arundinis formam habuerit. IOACHIMVS CÄMERARIVS ⁱ⁾ primus fuit, qui hanc conjecturam in medium adulxit, et quamquam ipse non multum eidem viderur tribuere, maxime

I 2

quod

g) vid. DAN. HEINSIVM
Aristarch. cap. XV. p. 948.
 coll. STEPH. LE MOYNE
 notis ad varia sacra p. 740.

h) libr. II. cap. 15.
 i) ad Ioann. XVIII. v. 9.
 k) notis in Nonnum.

quod syriaca versio diserte hyssopi vocabulum exprimat; non defuere tamen eidem patroni ac defensores, in quibus FRIDERICVS SYLBVRGIVS ^{k)} principem olim obtinuit locum. Eidem sententiae addictos se profitentur THEODORVS BEZA ^{l)} IOANNES BOISIVS ^{m)}, CLAVDIUS SARRAVIVS ⁿ⁾, ut de reliquis taceamus. Parum quoque absunt ab eadem, qui pro ὑσσώπῳ legunt ὑστωτῷ quod nomen ἄτο τῇ ὑσσῷ, a pilo deriuant, eoque indicari, putant, hastam ligneam, cuspide ferrea munitam, cui adligata vel adfixa fuerit spongia, ex qua sugere acetum debuerit seruator noster. Vtramque tamen emendationem parum habere probabilitatis, erudite monstrarunt GEORG. WOLFG. WEDELIVS ^{o)}, SALOM. DEYLINGIVS ^{p)}, CLAVDIUS SALMASIVS ^{q)} ISAAC. CASAVBONVS ^{r)}, SAM. BOCHARDVS ^{s)}, STEPH. LE MOYNE ^{t)} aliique. Plurimi interpretum ipsum vocabulum ὑσσωπός, cuius auctoritatem antiquissimorum codicum consensus firmat, haud sollicitant; de eius tamen interpretatione et visu et significatu diuersas fouent sententias. Sunt enim, qui isto apud Ioannem non plantae genus, arbitrantur, denotari; sed esse positum, perinde ac in multis graecis scriptoribus, pro vocabulo ὄισυπον, quod lanam succidam significat, in emolliendis curandise vulneribus frequenter olim adhibitam. Quam quidem lanam putant aequa ac spongiam aceto repleuisse et

- ^{l)} notis ad Ioann. xviii. 29.
- ^{m)} collat. vet. interp. ad Io. xviii. 29.
- ⁿ⁾ epift. LXXXVII.
- ^{o)} centur. prima exercit. dec. VIII. n. I. et II.
- ^{p)} obseruat. sacr. part. I.
- ^{q)} de cruce p. 295.
- ^{r)} exercit. antibaron. XVI.
- ^{s)} hierozoico part. I. libr. II. c. 30.
- ^{t)} not. advar. sacr. p. 29.

et utramque ori seruatoris moribundi admouisse milites. Haec fuit olim sententia HEINSII, quae tamen non multos fautores defensoresque sibi conciliauit *u*). Aliam interpretandi viam ingressus est SAM. BOCHARTVS *x*). Is non vocabulum; sed casum tantummodo eius mutandum ratus, pro tertio quartum, siue pro ὁστώπῳ ὁστωπὸν ponendum esse, contendit sibique persuaderet, hysopum additam esse, vt amarus redderetur potus, eoque seruator noster moribundus, siti exhaustus, tanto magis excruciatetur. Sic *spongia*, inquit, *hyssopum non circumdederit, sed hyssopus spongiam*, vt, aceti acore cum *hyssopi amaritudine mixto*, fieret potus ingratiior. Reliqui duo euangelistae de aceti *spongia egerant*, et quomodo calamo alligata Christi ori fuisse admota. Sed hoc unum praeterierant, quod Ioannes hic supplet, *spongiam illam fuisse hyssopo circumdatam*, ut non solum acerbus, sed et amarus esset Christi potus. Contra hanc sententiam recte haec monuit IOANN. CHRISTOPH. WOLFIVS *y*): quum ellipsis illa vocis potionis insolentior sit et vox περιθένει ex rationibus linguae graecae omnino vocem requirat, ad quam referatur, merito et haec mutatio aliis deserenda visa est. Ab hac tamen BOCHARTI sententia ii non parum ablidunt, qui non stipitem hyssopi, sed eius ramusculos adhibitos esse putant, quibus *spongia*, ne decideret, aut acetum immissum diffueret, circumdata fuerit. Sententiam hanc, quam suam fecit VOSSIUS *z*) ex parte comprobata videmus

I 3 a IO-

u) vide, quae contra eam Ioann. p. 981, coll. STEPH. monuit CLAVD. SALMASIVS LE MOYNE notis ad varia de cruce, p. 293.

ſacra, p. 730.

x) hierozoic. part. i. libr. II. cap. 50.

z) harm. euang. lib. II. cap. 8. §. 32.

y) cur. phil. et crit. in



a IOANNE GERHARDO a). *Verisimilior*, inquit, sententia, quod herba hyssopi vel contrita paullulum, vel integra, una cum spongia arundini fuerit circumposita, id quod dupli modo fieri potuit, vel quod spongia fasciculo hyssopi, in Golgathaeo monte sua sponte nascentis et filorum locum in hac actione implantis, fuerit alligata arundini, sicut quandoque sollemus gramine ac fruticum ramusculis tenuioribus pro filamentis vti, vel, quod extreum arundinis fuerit circundatum et conuestitum prius hyssopi herba, deinde spongia, ita ut spongia et hyssopus fuerint coniunctae, sed tamen spongia hyssopum complexa. LUDOVICVS DE DIEV b) hyssopum a piis mulieribus, coniicit, adlatam esse, si forte συνητήν patetur seruator noster, ludibrii vero caussa postea additam spongiae propter ingratum saporem. Ab his omnibus discessionem faciunt, qui ab aliis hyssopi, ab aliis calami cuiusdam ope ori seruatoris spongiam admotam esse, opinantur, hocque in eaussa esse, cur hyssopi IOANNES, MATTHAEVS vero et MARCVS, calami faciant mentionem.

IN hac sententiarum diuersitate ii, qui sacra scriptoris verba ingenii ope emendant, tanto minus ferendi sunt, quo magis receptam vocabuli ὁσσώπης lectionem codicum et versionum antiquissimarum consensu extra omnem dubitationem ponit. Iraque rectissime faciunt, qui in verbis IOANNIS nihil mutant, sed calatum MATHAEI et MARCI vocabulo ὁσσώπης apud IOANNEM sic expressum esse credunt, vt, quum illi debacillo generatim loquantur, hic, cuius fruticis bacillus iste fuerit, designasse videatur. Κάλαμος enim, vt non solum ex HESYCHIO c), qui eum per

a) harm. euang. in pass.
cap. XVII.

b) ad Ioann. XVIII. 29.
c) lex. voc. κάλαμος p.485.

per τὸν καυλὸν τὸν σίτην exponit; sed etiam ex PLINIO d) constat, non semper arundinem, sed cuiusvis plantae caulem, et quamlibet virgam, quamvis tenuem et breuem, significat. Hyssopi vero diuersa olim in Palaestina fuere genera, in quibus et vnum fuit montanum, in montibus Hierosolymitanis frequentissimum, in caulem non quidem crassum, satis tamen ad sustinendam leuem spongiam aptum et firmum excrescens. Id, praeter alia, BEVEROVICII e) medici doctissimi, confirmat auctoritas, qui et origanum Heracleoticum et hyssopum vidisse saepius lignosis furculis duorum pedum superare altitudinem, ut mirum videri non debeat, in Iudea altius excrescisse, ita, ut pro calamo facile usurpari potuerit. Cum quibus merito conferri debent iudeorum magistrorum ea de re testimonia, a IO. LIGHTFOOTE f) adlata, ex quibus, dari hyssopi genera, patet, quae in calamos et cannas excrescant g). Tacemus de aliis argumentis, quae pro hac sententia a viris doctissimis, nominatim THEODORO BEZA, CLAUDIO SALMASIO, ANTON. BYNAEO aliisque in medium sunt adlata, et quae breuitatis causa silento transmittimus. Id vero vnicum obiici cum quadam veritatis specie potest, quod de SALOMONE legimus I. reg. IIII. 33. eum de lignis a cedro

I 4 usque

d) libr. XXIII. cap. 14. po et cruce, addita BARTHOLINI diff. de latere Christi aperto: SAM. BOCHAR.

e) epist. ad Bartholinum, p. 335. ei. diff. de latere Christi aperto.

f) hor. ebr. et talmud. ad Ioann. XVIII. 28.

g) de hyssopo eiusque generibus videantur CLAVD. SALMASIUS epistola de hyppo-

cap. 50. LE MOYNE notis ad varia sacra, p. 731. IO. LOMEIERVS de lustrationibus p. 441. GEORG. WOLFG. WEDELIVS cent. I. exercit: dec. VIII, num. I. II.

usque ad hyssopum, quae egreditur e pariete, esse commentatum, ex quo confici posse nonnulli sibi persuadent, hyssopum minime ad fruticum, et plantarum, quae in caulem exsurgent, genus posse referri. Sed recte obseruat HGVO GROTIUS, h) ibi non de quavis hyssopo agi, sed de vna eius minima specie, quae vocetur בקְרִיר עַנְתָּא, latine. quasi parietaria. Huic opponi cedrum, non quamuis, sed Libani, quae ceteris sit celsior, בָּשָׂן Ebraeorum latius patere, quam ὑσσωπόν Graecis, adeo ut, testimonio KIMCHI, septem complexu suo teneat genera. Ita vero res bene se habet, si ab vnico hoc discedamus, de quo inter viros doctos multum est disputatum, cuius altitudinis fuerit crux seruatoris nostri. Si enim illam tantam nobis fingimus, quantam solent plerique pictores, vix videtur miles, spongiam admoturus, ad os seruatoris hyssopi calamo, vtpote breui, pertingere potuisse. Qua in re recte nobis sentire videtur CLAVDIVS SALMASIVS, i) qui de crucis longitudine et iusta apud veteres mensura disputaturus, et si altam, inquit, fuisse crucem domini velint veteres, non tamen tam grandis fuit, ut unus homo ferre eam humeris non potuerit. Sane et dominus crucem suam tulisse usque ad locum supplicii traditur. Sed nec tam excelsa aut sublimis erat, ut non hominis manus extenta ei, modico adiumento potentior facta, ad os cruciarii peruenire quita sit. Frustra igitur longam arundinem imaginantur, cui affixa sit spongia et domini pendentis in cruce ori admodum k).

HAC

h) adnotat. ad Ioann. XVIII. 28. suppicio eiusque forma apud veteres vide in FABRICII bibliograph. antiquar.

i) exercit. de homon. hy- les iatricaes, cap. XVIII. cap. XV. p. 754. ed. cel.

k) scriptores de crucis SCHAFFSHAVSENII.

HAC ratione optime expedire nos posse arbitramur ex omnibus illis in hoc argumento difficultibus, quarum plerasque non tam sacri scriptores interpretibus, quam interpretes sibi ipsis, et saepe, si verum fateri debeamus, sine iusta causa fecerunt. Vnicum adhuc hac in re superstest, de quo pauca addituros nos esse, promisimus quare hoc, neque alio modo vni tum milites fuerint ad potum seruatori porrigendum. Quum manibus ad os seruatoris peruenire sine scabello difficulter possent; tale vero ipsis fine dubio ad manum haud esset, quum neque fistulam aliquam, ex qua sugere potuisset Iesu acetum, neque poculum in praesenti haberent: quum denique *σκευος*, illud, in quo acetum fuit, sine dubio lagenae formam, hoc est angustum column habuit; adhaec vero seruator bibiturus, propter palum caput suum ita retroflectere nequeret, vt ex lagena acetum in eius os commode influere potuisset, nullus fere alias ad praesentem eius miserum statum admodum bibendi modulus facile excogitari potuit, quam is ipse, quem tum milites, sitim eius restinguere cupientes, usos esse, legimus.

VIDIMVS iam de posteriori potus genere, quod seruatori nostro est oblatum, primum quae potus huius offerendi fuerit occasio, deinde qui offerentes fuerint, tum, quae ipsa potus ratio et qui modus bibendi fuerit excogitatus. Restat, vt et breuiter de eo disquiramus, quo animo, bono, an malo? hunc potum adstantes dederint moribundo nostro seruatori. Sunt, inque his

GER. IO VOSSIVS ^{l)} et CLAVDIVS SALMASIVS, ^{m)}

I 5

qui

^{l)} harm. euang. libr. II. ^{m)} de cruce, p. 285.
cap. 8.

qui factum id fuisse putant, ad eum refocillandum et ad animae vires languescentes corroborandas. Verum, quare id fecerint homini ad mortem destinato et in crucem iam acto, me non videre, libentissime fateor. MARCVS quidem ZVERIVS BOXHORNIVS ⁿ⁾ credere se, ait, *in more positum fuisse Romanis, ut, quotiens crucis supplicium de reo fumerent, aceto vires sensusque deficientes quantum quidem fieri poterat, reuocarent, ut hoc pacto et magis, et diutius dolores cruciatusque reus sentiret.* Quae sententia etiam se commendauit IOANNI DOVGTAEO, potu hoc, deficientes animae vires ad maiores perferendos cruciatus corroborare veteres voluisse, existimanti; sed quibus testimoniiis hoc, ut par est, probabitur? Eamdem huic potui efficaciam, quamuis alia ratione, ii tribuunt, qui eam ob caussam illum seruatori datum esse opinantur, ut sanguis, largiter forte ex manuum pedumque vulneribus profluens, eo sisteretur ^{o).} Sed et haec conjectura omni destituta est fundamento. Qui enim potuerunt hoc optare, poena suspendii iam peracta, praesertim quum contuso pectore fractisque ossibus mortem suspensorum accelerare potius quam retardare solerent Romani. Alii igitur contrarium statuunt hacque potionem muturare voluisse mortem seruatoris, firmiter sibi persuadent. De quo tamen nos itidem dubitamus, tantoque magis, quo minus, id poscam efficere, poterit comprobari. Neque vero ii recte iudicare nobis videntur, qui per nefarium tantum iocum et ludibrii caussa potum hunc seruatori praebitum esse, volunt.

ⁿ⁾ quaeſt. romanis, num. ercitationibus antibaron. XVI.
XXXVII. cap. 87.

^{o)} conf. CASAVBONVS ex-

lunt. Sic, praeter alios, statuit ANTON. BYNAEVS p) vt ex his eius verbis liquet: *miles romanus Iesu de siti querenti acetum obtulit ludibundus, vt ex LVCA constat.* Scilicet acetum potus fuit vilissimus, quem milites, sicut dimensum, communem habuerunt cum seruis. Hunc potum ergo praebuit miles, ut Iesum rideret tanquam vanum regem, cui vini loco bibenda posca foret. Haud dissimili fere modo, quo ille apud PLAVTVM q) seruum regem vocat, ac iocose de ipso dicit:

*sed hic rex cum aceto pransurus est et sale,
fine bono pulmento.*

Qua in sententia quodammodo praeeuntem sibi habuit BYNAEVS LVEDOVICVM DE DIEV, quae quum nouas aliquas et ab aliis discrepantes in se continent coniecturas, illius verba tanto lubentius hic adscribimus. Is quum monuisset, vas illud aceti ideo ad crucem positum videri, vt reficerentur miseri, quos examinaret pauor supplicii, aut doloris vehementia, quidni, igitur, inquit, *calamum etiam odoratum et hyssopum herbam ad eumdem usum adhibita dicamus?* Sicut enim inter liquida acetum, sic inter aromata calamus et inter herbas hyssopus maxime sensus reficiunt, cerebrum roborant, spiritus restaurant adeoque animi deliquium patientibus profundunt. Tum sic pergit: haec quum ad officia miseris praestanda pii homines ad manum haberent, improbi milites ad ludibrium conuerterunt. Quum enim Christum de siti querentem audirent, non quae bibere posset, sed quae odorari, non quae stimu restinguere, sed quae spiritus reficerent, exhibuerunt. Verum haec omnia non admodum nobis probabilia videntur.

Si

p) de morte Iesu Christi, q) rudent. off. III. scen. 2.
libr. III. cap. 8. p. 427.

Si vero, quae nostra sententia sit, dicere nobis libere liceat, non videmus profecto, quare malo animo milites hanc potionem obtulisse seruatori nostro, dicamus. Conqueritur salutis nostrae vindex et sponsor de siti, vix hoc audiunt milites, quum confessim poscam adferunt et spongiam et bacillum, voluntati eius satisfacturi. Quid vero aliud ipsi dare, quo potu sitim eius restinguere poterant, milites, qui praeter suam poscam nihil in praesenti paratum habebant? Iam vero vnde possimus suspicari, fecisse hoc milites ludibrii caussa? Ex LVCA forte? Hoc quidem nos lubentissime fatemur, loqui scriptorem sacram de hoc potu ita, vt, nisi curatus ad eius verba adtendamus, parum absit, quin romanos hos milites in eamdem suspicionem vocemus, in quam vocatos eos ab aliis, et quidem propter ipsa haec male intellecta LVCAE verba, videmus. LVCAE, ἐνέπαιχον, inquit, αὐτῷ καὶ οἱ στρατιῶται, προσερχόμενοι καὶ ὅξος προσφέροντες αὐτῷ καὶ λέγοντες. εἰ σὺ εἶ οἱ βασιλεὺς τῶν Ἰudeίων, σῶσον σεαυτὸν. Iam vero, vnde, quaeso, probari potest, participium προσφέροντες ὅξος ludibrii genus indicare? Hac enim ratione eodem iure idem de participio altero προσερχόμενοι dicendum foret, quod cum altero προσφέροντες arcte coniunctum est. Itaque haec nobis esse videtur verborum LVCAE sententia: neque milites abstinuisse a ludibriis: quum enim accedentes potum ipsi sitienti praebeuissent, aliquos eorum adclamasse, /serua te ipsum, si tu es rex iudeorum. Ludibrium igitur hoc LVCAE, ut omnes rationes ostendunt, non in potus genere, seruatori oblato, sed in verbis, tum, quum biberet, ab uno alteroue militum prolatis, quaerendum esse videtur.

ΕΓΧΩ-



ΕΓΧΩΡΙΟΝ ΗΘΟΣ

IN

S T I L O

POPVLORVM ORIENTALIVM.





DIVINI posterioris foederis libri et si graece scripti sunt ea tamen eorum stili ratio est et indoles, ut, praeter ebraismos, de quibus iam non quaerimus, insit ipsis aliquid, quod gentium orientalium ingenium manifeste sapiat, si ipsum modum, animi sensa proferendi atque exprimendi, cogitamus. Ac id quidem ipsum, quod hominem ebraeum, etiam si graeco sermone apte sciteque et cum elegantia vtatur, ab eo, qui gente graecus est, discernit, non satis nobis adhuc excussum atque peruestigatum videtur. Nolumus reprehendere eorum virorum industria, qui ex priscae Graeciae libris ac monumentis lucem studuerunt accendere sacris noui foederis tabulis, hoc tamen non possumus non libere et fine partium studio confiteri, longe maius et melius et praestantius interpretandi praesidium ex ipso linguarum orientalium ingenio exspectandum diuinis his libris esse, quam ab iis, qui veterum graecorum scriptorum effata operose compilare, nullam fere aliam ob causam, solent, quam ut Matthaeum, Marcum, Lucam, Paullum aliosque seruatoris legatos eadem stili elegantia ac castitate se commendare ostendant, quam in Demosthene, Xenophonte aliquis miramur. Qua in re vtrum de vera
grae-

graecae linguae indole recte indicauerit hoc scriptorum genus, alii videant, hoc tamen non satis cogitasse viri isti videntur, populorum, qui alio caelo vtantur, aliud esse ingenium et naturam huiusque vim in ipso sermonis habitu maxime se prodere, et, quod profecto mirandum, etiam tum, quum una lingua scribant. Alia certe dictionis est forma, quum homo graecus, alia, quum iudeus de eadem re graece scripserit, in primis, si nulla alterius accedit imitatio, quisque vero suum ἐγχώριον ἥθος sequitur, id est patrium illum et domesticum χαρακτήρα, qui in modo ac ratione, mentis cogitata proferendi inque singulari quadam notionum forma situs est et collocatus. Ac huius quidem ἐγχώριος ἥθες, quo gentes vt mentis, sic quoque dictionis et sermonis habitu a se inuicem secernuntur, haud obscura vestigia in scriptoribus sacris noui foederis deprehenduntur, quae vellemus vt a doctis illis viris, linguarum orientalium gñaris, rite excuterentur. Quod laboris genus si quis in se susciperet, sumnum profecto foret operae pretium, ac tum hercle demum, quae vtriusque linguae, graecae et ebraicae, ratio, quod ingenium fit, quod inter vtramque discrimen, quod vtriusque ἐγχώριος ἥθος, rite pateret, non sine magna eorum utilitate, qui studia sua explicandi oraculis diuinis solent consecrare. Verissimum profecto hoc est, in ipsa ἥθες huius, quod populorum orientalium linguae proprium et peculiare est, cognitione permagnum interpretandi praesidium esse positum, maxime, quod gente iudei fuerunt librorum noui testamenti scriptores. Quod vt tanto intelligatur melius, adfere-



feremus aliquot huius ἐγχωρίας ἥθες exempla ac specimina.

APVD MATTHAEVVM a) et MARCVM b) seruator noster summum eorum, qui in deum peccant, periculum et maximam, in quam incident peccatores, post mortem miseriam descripturus, hoc ita facit, vt vix ac ne vix quidem in vlo veterum, quos Graecia tulit, scriptorum simile exemplum, quoad non verba, sed notionum formas spectamus, facile reperiatis. Fingit eum hominis statum, quo ipsi alterum ex duobus malis, tertio plane excluso, eligendum sit, manu dextra, oculo priuari, aut per prauum facinus animae salutem in discrimen adducere. Quibus positis, iubet alterum, quod in rebus humanis miserrimum habetur, fieri, non vt iubeat, sed vt alterius amissionem longe funestius malum esse doceat, atque ex rerum carissimarum iactura, quam in ficto hoc casu suadet, deplorandam eorum, qui iratum sibi reddant numen, conditionem quam grauissime demonstret. Talem modum, rei grauitatem ficto quodam rerum contriarum exemplo demonstrandi, ad ἐγχώριον illud populorum orientalium ἥθος, de quo iam quaestio nobis est, pertinere arbitramur. Eamdem notionum formam, quam ipsa mens, ἥθες tali adsueta, gignere, genitam verbis proferre solet, in alia seruatoris nostri oratione manifeste deprehendimus. c) Ostendere vult, quanta cautio adhibenda sit homini christiano, vtne lites et iuria fouendo in alios peccet, ne in eos quidem, a quibus summam iniuritatem et iniuriam patiatur

a) cap. V. v. 29. 30. cap. c) MATTHAEI cap. V. 39.
XVIII. v. 8. 9. 40. LVCAE cap. VI. 29.
b) cap. VIII. v. 43. 47.

tur. Quod quidem sic adgreditur, vt eadem
 prorsus ratione eum hominis statum ponat, quo
 ipsi non nisi ex his duobus alterum eligere libe-
 rum sit, aut ignominiam, iniuriam et iniquita-
 tem patienter ferre, aut de iure disceptando ad
 rixas, odia, inimicas atque infestas contentio-
 nes, ab his ad alia, quae officiis in deum et ali-
 os auersantur, delabi. Iam tacite quaerit, quid-
 nam eligi debeat, si alterutrum faciendum sit,
 quumque simul nostras opes posthabendas esse
 eiusmodi contentionibus, quae peccandi occasio-
 nem sat multam praebere possunt, pronuntiat;
 hoc ipso, quam caute, quam prouide, quam timi-
 de omnia circumspicienda homini christiano sint,
 grauissime docet, ne iniurias a se propulsando
 deum laedat, tutius et melius esse, possessione
 rerum nostrarum iustissima aliis cedere, quam
 ius suum persequendo in periculum culpae et
 peccati adduci. Aliud et, ni fallimur, egregium
 huius *ἐγχωρίας ηθῶν* specimen praebet in vatici-
 niis et descriptionibus rerum futurarum usus im-
 peratiui. Iubet, hortatur, suadet tum seruator
 noster, ita tamen, vt ipsa res non in mandato-
 rum censum veniat, sed praecepti forma est qua-
 si inuolucrum quoddam vaticinii et descriptio
 consequentis ac posteri temporis grauissima. Sic
 futuras calamitates antea denunciaturus, ea fa-
 cere suos iubet, quae facta olim fuerant ab iis,
 qui in eiusmodi suspiciose tempora iamiam inci-
 derant, non idcirco, vt id ipsum, quod illi, fa-
 ciant, sed vt similem imminere tempestatem,
 ex hoc mandato intelligent. Cuius rei egregium
 testimonium praebent verba illa, d) quibus ven-
 dere vestimenta, emere gladios, discipulos suos
 K iubet.

d) LVCAE cap. XXII. 36.



iubet. Quis facile haec ponet in mandatis, quae legatis suis dedit generis humani redemtor? Latet potius in verbis his rei futurae notio, quae per ἐγχώριον illud populorum orientalium ἥθος, σχηματικῶς expressa est, forma nempe imperatiui: fore scilicet tempus, quo vita affliciarum Iesu ferro atque insidiis adpetatur, sic, vt nemo tute peregrinari, nemo spirare facile queat sine periculi et mortis metu e). Alio loco, f) acerbissima Hierosolymorum fata prospiciens Christus, qui erit, inquit, in tecto, ne descendat ad auferendum aliquid e domo sua, et qui ruri, ne retro reuertatur ad tollenda sua vestimenta. Quibus verbis seruatorem, vt a suis, si saluo capite possit, quidquam e domo aportaretur, noluisset, qui credat, arbitramur, fore neminem. Aut forte aratoribus, vestimenta, in agro seposita, vbi sine periculo et temporis iactura potuere, secum ad fugam auferre, haud licitum fuit? Quis vñquam hoc adfirmauerit? Quisque vero simul ἐγχώριον quoddam et non nisi orientalibus populis domesticum rerum futurarum σχῆμα deprehendet, in eo positum, vt, quod facere solent, qui praefentissimum vitae periculum evitare volunt, id praecipiatur, imperantis quidem voce, sed non nisi vaticinantis sensu ac mente, quam nemo non facile in hoc mandato deprehendet. Quid enim hoc est aliud, quam accessum hostium ad urbem obsidēdam fore maxi-

me

e) videatur STACKHOV-
SIVS in der Vertheidigung
der bibl. Geschichte, part.VII.
p. 436. WETSTENIUS not.
ad hunc locum, p. 806. et
summae ven. KOECHERS
analeclis philol. et exeget. in
IV. euang. p. 559.
f) MATTH. XXIII. cap.
XVIII. MARC. XIII. 15. LVC.
XVII. 31.

me inopinatum, vix effugiendi, nedum sarcinas colligendi tempus datum iri: vel minimam fugae dilationem tum cuilibet admodum forte periculosa. Futura diuinae prouidentiae documenta, quae apostoli experturi sint, alio loco et tempore, ^{g)} sed eadem prorsus ratione, mandati nempe forma, proposuerat seruator noster. Vult, vt sine nummis proficiscantur legati eius, interdicit ipsis peregrinantibus cuiusuis pecuniae usum, siue aurea moneta sit, siue argentea, siue aenea, vetat secum sumere peram ad iter, binas tunicas, calceos, baculum; hoc ipso vero nil ipsis neque ad victimum, neque ad vestitum unquam defore, perquam grauiter vaticinatur, prouidam diuini numinis curam luculentissime tum iri manifestatum, siue cibo et potu, siue amictu, siue defensione contra latrones et hostiles impetus legatis eius opus fuerit. Verissimam autem esse hanc effati istius interpretationem, Christus ipse alio loco ^{h)} docet mandatumque hoc in vaticinii numero ponit, cuius veritatem euentus mirifice comprobauerit. Reuocanti enim ipsi hoc mandatum in legatorum suorum memoriam, et interroganti simul, num qua re caruerint sine crumena, sine pera, sine calceis dimisi, nulla, respondent, haud obscuro, ni fallimur, iudicio, mandati specie ac forma vaticinii quoddam genus occultare tum voluisse optimum seruatorem.

Ac id quidem ἵγχωριον ήδος est, quod facros noui foederis scriptores, utpote gente iudeaos, a graecis manifeſte distinguit, quodue vellemus ut tanto diligenterius a doctis viris excuteretur,

K 2

quo

^{g)} MATTH. X. IO. MARC.
VI. 9. LVC. X. 4.

^{h)} LVC. XXII. 35.

quo minus ad hoc animum adhuc aduerterunt tam qui de ebraismis noui testamenti librorum sunt commentati, quam qui ab eorum suspicio- ne hos liberare studuerunt. Vtraque pars in eo, quod nimium est, peccauit, neutra argumento suo, vti par erat, fecit satis. Nam qui ebrais- mos in his libris sunt consecinati, hoc scribendi genus non nisi in formulis phrasibusque, ad ebraeorum linguae indolem formatis, quaeren- dum esse, plerumque arbitrati sunt, de vera illa notionum forma, quae gentem a gente tam ma- nifeste distinguit, nihil aut certe parum solliciti. Haud absimilis fere eorum est ratio, qui contra- riam sententiam defensuri, vocabulorum phra- sumque in libris diuinis castitatem et auctorita- tem veteris Graeciae scriptorum testimoniiis tue- ri ac defendere allaborarunt. Esto enim, se hoc, quod voluere, effecisse, esto, vt ex supra adla- tis testimoniiis aliquot exempla adferamus, voca- bulorum σκανδαλίσειν, γεέννα, δάμα, ρωπίζειν
ἄγγαρεύειν usum pariter ac significatum optimo- rum Graeciae scriptorum consensu ac suffragio confirmatum ac stabilitum esse, num idcirco rem ipsam confeccisse, putandi sunt? Notionum si- gna, id est vocabula tutando ad ipsam illarum for- matam, siue ad ἐγχώριον ἡθος haud respexerunt. Qua in re optandum profecto est, vt scripto- res sacri cum Graeciae profanis sic compararen- tur, vt ingenium illud, quod vtriusque gentis linguam distinguit, rite constaret, vita vero ad verum scriptorum sacrorum sensum eruendum facilior atque expeditior redderetur.



INDEX



INDEX I.

Locorum Biblicorum, quae vna cum illis
Matthaei dictis consilio expositis, ὡς ἐν παροδῷ
explicantur.

| | | | | | |
|---------------|-----|-----|--------|------------|--------|
| I Reg. III, | 33. | 133 | XIII, | 45. | 32 |
| Pf. XXII, | 16. | 122 | XIII, | 11. | 34 |
| LXVI, | 9. | 22 | - | 14. | 37 |
| Matth. I, II. | 3 | | XVIII, | 6. | 38 |
| II, 12. | 5 | | - | 8. 9. | 142 |
| - 23. | 7 | | - | 28. | 17 |
| III, II. | 8 | | XVIII, | 17. | 42 |
| V, 13. | 6 | | XX, | 8. | 50 |
| - 29. 30. | 142 | | XXI, | 12. | 52. 60 |
| - 36. | 9 | | XXII, | 3. | 3 |
| VI, 2. | 11 | | - | 16. | 64 |
| - 32. | 42 | | - | 32. | 63 |
| VII, 24. | 12 | | XXIII, | | 144 |
| VIII, 6. | 14 | | - | 27. | 65 |
| - II. | 14 | | XXIII, | 1. | 90 |
| VIII, 2. | 17 | | - | 18. | 67 |
| - 17. | 18 | | - | 45. | 50 |
| - | 20 | | - | 49. | 68 |
| - 18. | 22 | | XXV, | 14. | 69 |
| - 23. | 25 | | XXVI, | 8. | 125 |
| X, 10. | 145 | | - | 47. 57. 59 | 74 |
| - 25. | 27 | | - | 66. | 83 |
| - 42. | 30 | | - | 67. | 124 |
| XI, 5. | 31 | | 75. | | 73 |
| | | | K 3 | | |
| | | | | XXVII, | |

INDEX I.

| | | | |
|------------------|-----------|------------------|--------|
| Matth. XXVII, 1. | 74 | XXII, 35. | 145 |
| - 3. 12. 20. 41 | | - 36. | 145 |
| 57. | 74 | XXIII, 36. | 102 |
| - 34. 102. etc. | | - 53. | 86. 97 |
| - 53. | 8 | XXIII, 1. 2. 9. | 84 |
| - 60. | 82. 87 | Ioann. II, 15. | 60 |
| 63. 96. 97 | | XII, 4. | 125 |
| XXVIII, 12. | 74 | XIII, 23. | 16 |
| - 8. | 84 | XVIII, 28. 29. | 102 |
| - 17. | 124 | etc. | |
| Marc. V, 22. | 23 | - 29. | 132 |
| VI, 9. | 145 | - 30. | 121 |
| VIII, 43. 47. | 142 | - 41. | 94. 82 |
| XIII, 15. | 144 | XX, 1. | 84 |
| XIII, 43. 47. | 142 | - 1. 15. | 90 |
| XV, 46. | 82. 96 | Act. VI, 12. | 78 |
| - 23. | 101. etc. | XVI, 16. | 12 |
| XVI, 2. | 84 | - 19. | 6 |
| Luc. VI, 29. | 142 | XVII, 22. | 5 |
| X, 4. | 145 | XVIII, 9. | 6 |
| - 17. | 49 | - 2. | 42 |
| XII, 30. | 42 | Galat. III, 2. | 52 |
| XVI, 16. | 16 | Ephes. II, 19. | 5 |
| XVII, 31. | 144 | Apocal. III, 21. | 17 |
| XVIII, 23. | 60 | | |

INDEX II.

R E R V M.

A.

| | | |
|----------------------------|---------------------------|---------------|
| Abraham, Isaac et Jacob | ^{Αγαθος} 42. | in solos Deos |
| quales habiti sunt post | cadit, | 47 |
| mortem | ^{Αγια πελεις,} | 80 |
| Absinthium, LXX.interpret. | Adclamandi formulae grae- | |
| quomodo verterint, | cae miserorum exhortan- | |
| Accumbendi ritus conui- | dorū causa | 17 |
| uantum Iudeorum, | Aduentitorum, peregrino- | |
| graecorum sedentium. | rum, inquinitorum ratio | 5 |
| ib. | Aelianus | 6 |
| | Alber. | |



R E R V M.

| | | |
|--|-----|---|
| Alberti obseruationes | 73 | Boni Deorum multi sunt no- |
| <i>Ἄραταν κυρεῖσθαι</i> | 16 | minati 42. Cybele, 44 |
| Albarii, eorum opera | 66 | Fortuna, 45. Diana, Lu- |
| Albarium opus, quodnam | 66 | cifera, 46 |
| Amare flere, qui flendi | | <i>Βούλη</i> et <i>Δῆμος</i> Graecorum, |
| modus fit | 73 | 75 |
| <i>Ἀναληπτική</i> | 14 | Buonarottus sopra i vasi an- |
| <i>Ἄναστος</i> de ea veterum, | | tichi di vetro. 89 |
| fententia | 31 | Burmanni. Quintil. 81 |
| Apodus nonnunquam sup- | | Bynaeus de morte Iesu |
| plenda est | 19 | Christi 123 |
| Arantium vestes | 67 | C. |
| <i>Ἄργυρα μόβοι</i> latine nummu- | | Caesar C. Iul. qua spe Bri- |
| larii dicti | 53 | tanniam petierit 33 |
| Argentarii, quodnam nego- | | Calouii Bibl. illuſtr. 116 |
| tiorum genus 52. vo- | | Capita obruncata offereandi |
| cabulum latius patet quam | | mos 34 |
| nummularii | 56 | Captiuitatis ignominiam |
| Aristophanes illustratus | 19 | rei honestae vocabulo te- |
| <i>Ἄρχειας</i> , 74. eorum titu- | | gebant Iudei 3 |
| lum honorificum sibi alii | | Casaubonus, exercit. anti- |
| arrogabant. | ib. | baron. 113 |
| <i>Ἄρχειας</i> et <i>ἄρχοντας γενετος</i> , 22 | | Christianos, quare primis |
| an iidem fint ib. quae | | seculis se suosque in faxis |
| vox latior pateat | 23 | sepulcralibus non adpel- |
| Aſcia quid sit | 86 | lauerint 39 |
| <i>Ἄσκοι</i> | 20 | Christus fedens etc. formu- |
| <i>Ἄσοι</i> quinam, | 5 | la vnde lucem accipiat 17 |
| Athletica marmora qui col- | | mores gentium in ser- |
| legerit, | 4 | monibus suis respiciens |
| <i>Ἄυλατη</i> | 24 | 42 |
| B. | | Cicero de Oratore, 3 |
| <i>Βασιλέων</i> et <i>Βασιλέων</i> 27 | | Cleopatra, quantum una |
| Bartholinus de cruce, III | | coena absumperit 33 |
| de latere Christi aperto | | Conserui, quales fint 68 |
| | 133 | Coniuia coelestia, in iis |
| Beatitudo post mortem qua | | sedes honoris causa tri- |
| formula designata fit | 14 | buitur hominibus. 15 |
| Bochartus hierozoico | 119 | Cornelii exemplum de vtri- |
| Boissardus Ant. Rom. | 81 | um viu, 20 |
| | | Cybele, bona dicta, 44 |
| | | F. |



INDEX II.

- Γ
- Γραμματεῖς* 74
Γεγονοῖς 78. cum Senatu et populo coniungitur, ib.
Γεροντεῖς, Lacedaemoniorum senatus 78. aetate praeiecti 79
- D.
- Dealbata sepulcra*, 65
De Dieu, Lud. 137
Diodorus Siculus 5
Dispensatores Roman. mercenariis aes foluebant 50
postea procuratores dicti 51
Diui, quinam omnes fuerint apud veteres 27
Domini duo vnum seruum habentes 12
Δουλεῖαι δυστυχίαι 12
Δουλοις ιδιοι 69
- E
- Ἐγκώπια vocabula*, quaenam fint 37
Ἐι δὲ πηγεῖ, qualis formula 18
Eli Eli, ad Eliam friuole detorquerunt 123
Epīcteti apodosis quaedam suppletur 20
Ἐπιτρόπος 50
- H
- Ηρόεις ἐγκώπιοι* 141. eiusdem exemplum 143. alterum 144. non in lingulis tantum est vocibus 146. sacros N. T. scriptores dicuntur 145. flinguit 145
Βερδίαιος 64
Θεος Αβρααμ 63
- Θ
- Θαύματα* 74
Θερινῆς feralis 25
- F
- Fabretti inscriptiones 89
Fabricii Bibliograph. antiquar. 134
Falconerius athletica mar-mora collegit 4
Fel terrae, quid sit 115
Fideles, qui 38. et quare dicti sint 39
Figurae lapidibus incisae 40
Formulae in Christianorum monumentis obviae 41
Fundus, qui non habebant proprium, quid sepulcri causa fecerint 95
- G
- Galenus 117
Gallicanus Vulcatius 127
Gerhard, Ioann. harm. eu. in pass. 132
Glaſſii philologia sacra 120
Goens diatrib. de cenotaphiis 89
Gruterus, Janus, de Inscriptionibus 5. 6. 7. etc.
- H
- Herodiani non tam serui, quam amici Herodis 63
Hierosolyma, vrbs sacra vocatur 80
Horatii locus explicatur 114
Hortus, in eo sepulcrum Iosephus faciendum curabat 89
- I
- Ιδιοι δουλοι* 69
Ιματιαὶ ἐν τῷ αὐγῷ 67
Inuitatio ad coniuicia 61
Inuitatores, eorum officia 62
Iosephus, Ant. Iud. 7
- K

R E R V M.

vox 17
 25
 es 89
 h. anti-
 134
 ca mar-
 4
 115
 et quare
 39
 incisae 40
 ianorum
 iae 41
 habebant
 sepulcri
 95
 us 117
 arm. eu.
 132
 atra 120
 cenota-
 89
 de Inscri-
 6. 7. etc.
 m serui,
 odis 63
 os sacra
 80
 catur 114
 sepulcrum
 um cura-
 89
 uia 69
 officia 67
 d. 7
 K

K

Καλει τους κεκλημένους 61
 Κατοικειν, ετ κατοικησαι 7
 Κεκονικευεις ταφοι 65
 Κενοταφια, vnde dicta 65
 Κεφαλη επι πινακι 34
 Κηπος 89. κηπουρος 91
 Κλητορεις 61. latine vocato-
 res, inuitatores, nomen-
 clatores dicuntur ib.
 Κολυβισις 52
 Κρετισιοι an homines dicti 48

L

Λαμβανει το ψωμιον quid sit 121
 Λαζευτος, λατομος, λιθονεγρος 87
 Lapis sepulcri duplex 96
 Λιθος μητρα τη θυρα του μη-
 μονον 96
 Lightfootus hor. Ebr. et Tal-
 mud. 116.
 Liuius vestimentum depin-
 dit arantium 67
 Locus Virgo quid sit 84

M

Mabillonius de re diploma-
 tica 14
 Maffei Antiquit. Galliae fe-
 lectae 24
 Marangonius adp. ad act.
 Victorini 98
 Μαγγαριτας ζητουν 32. dotes
 margaritarum 33
 Margaritarii quinam 32
 Mazochius 86
 Mensa quid sit in sepulcris 96
 Μετεμψυχωσις, veterum sen-
 tentia de ea 31
 Μετοικεια 3. an tegat haec
 vox captiuitatis ignomi-
 niām ib.
 Μετοικοι qui dicti sunt 3. ius
 eorum 4. hi et παροικοι
 diuersi. ib. α πολιται se-
 cernuntur ib.

Millii Nou. Test. 113
 Μηνιεσιον et μηνια 82. a qui-
 bus ταφος differtib. an εν
 τη πιτερα an ειν πιτρας 87
 Monumentum et sepulcrum
 distinguuntur 82
 Moniti viu et somno, qui-
 nam fint 5
 Multitudinis numerus in S.
 S. de vno ex plurib. 125
 Muratorii Thesaurus Inscri-
 ptionum 81
 Myrrhae vis 119

N

Νεκροι ιγενηται 31
 Nomenclatores censorii 63
 thenesarum ib.
 Nomina hominum, Deorum
 nominibus adduntur 64
 Νομοδιδασκαλοι 74
 Numina, quando confidentia
 singantur 14
 Nummularii priuati et pu-
 blici erant 53. eorum di-
 ligentia, qua in reversabili-
 tur 54. ii priuatis offici-
 nis adsciti fuerunt 58. ab
 argentariis diuerfi. 56
 nummos rariores collige-
 bant 59. ινιδεται eorum 60
 Nummarium commercium
 publicum erat 60

O

Oeconomi partes apud veteres 52
 Ονορος ιστιμηριμενος 103
 Ονορεπολεωι Louis 18
 Οταρ, κατ, Χειμαριονετες 5
 Οξεις μετα ζελης 101

P

Παις 14
 Παροικαι quinam ib.
 Παροικοι, quinam fuerint 4
 Patroni duo vnum libertum
 habentes 12
 L Pe-

INDEX II. RERUM

| | | | |
|---|---------------------------|----------------|---|
| Pedisequi non manumitterebantur | 8. | et saadigeruli | 9 |
| Περὶ sepulcrum in ea | 87 | | |
| Picinelli lumina reflexa | 117 | | |
| Pignorius de Seruis | 64 | | |
| Πίεσθαι | 38 | | |
| Plautus | 137 | | |
| Plinius; Epist. | 94 | | |
| Πολιτικός | 80 | | |
| Πολιτεία | 4 | | |
| Ποτηγού | 30 | | |
| Portus Seruatoris moribundi, an vnus vel duplex fuerit | 102. 106 | | |
| cuius generis fuerit | 107. | | |
| quare Seruator oblatus | 115. | | |
| an pro consuetudine | 117. | | |
| quomo ^d do Seruator se gesserit | 120. | | |
| qui- nam exhalaturo praebuerint | 122. | | |
| potus militaris fuit | 126. | | |
| modus inferendi potus ad os | 128 | | |
| Πρεσβυτεροὶ του λαοῦ | 74. | | |
| qui- nam sunt, et a quibus non di- stinguedi | 74 | | |
| Pronerbi formam verba Christi habent | 11 | | |
| Psefades ornatices mulierum fuerunt | 9 | | |
| Q | | | |
| Quintilianus | 81 | | |
| R | | | |
| Reinefus ad inscriptiones | 5 | | |
| S | | | |
| Sacrae vrbes, quales | go. 81 | | |
| Sallustii exemplum de vtrium vsu | 20 | | |
| Scaliger Index ad Grut. Inscript. | 81 | | |
| Senatus Populusque Romanorum, responder πρεσβυτεροὶ Iudeoae- rum et ἀρχιερεῖς | 75 | | |
| Seniores populi, quod cis, po- pulo placebat | 75 | | |
| Septuaginta interpretes | 5 | | |
| Septulcrum et monimentum diffe- runt 82. ea sibi viui curarunt facienda 93. in hortis 94. non aliis cedebant | 91 | | |
| Serui, nonnulli communes, propter arem, quam didicerant 12. pue- ri dicuntur 14. eorum adpel- latio a Domini nomine 63. pro- | prii, et nutriciū, quales | 69 | |
| Sitis moribundi Christi causa | 122 | | |
| Somno monitus | 5 | | |
| Σπλαγχνίσματα, vocabulum | 37 | | |
| χωρίον | 37 | | |
| Sterculum Deum habuerunt veter- es 27. Ianum bifrontem 28 | | | |
| Strabo | 71 etc. | | |
| Suidas Lex | 70 etc. | | |
| Συμποίησις, et παρεξικάστη | 7 | | |
| Synagoga, coetus negotiatorum | II | | |
| Συναγωγὴ vocabulum ciuile et fo- rense | 11 | | |
| Συνδυλοι | 68 | | |
| T | | | |
| Talmud, tract. Sanhedrim | 117 | | |
| Ταφοὶ κεκοινωνεοῦσα | τροφοὶ | | |
| μημένη differ | 83 | | |
| Th cithides explicatus | 19 | | |
| Tibicines ad lectum mortui | 29 | | |
| Τραπεζῆν κολλυρίσμα | 52 | | |
| Τρίχα λευκηνη μελαναντ ποιῶσι | 9 | | |
| V | | | |
| Vinum acidum, quando et quare adhibitum | 117. | | |
| myrratum quale | 119 | | |
| Vifū monitus | 5 | | |
| Vossius, harmonia euangelica | 135 | | |
| Vitus vtrium in bello | 20 | | |
| Vtriculariorum mentio fit in inscri- ptionibus 21. ii nautis iungun- tur | ib. | | |
| Vulcatius Gallicanus | 127 | | |
| W | | | |
| Wedel, Georg. Wolfgang. | 132 | | |
| Wettstein Nou. Test. | 113 | | |
| Wolpii curae phil. et crit. | 116 | | |
| Y | | | |
| Τέλος vocabulum omnissimum, | vbi supplendum | 30 | |
| Τιθοδηματα βασανογ | 8 | | |
| Φ | | | |
| Φρατορρες | 70 | | |
| X | | | |
| Χολὴ | 101 | | |
| Χριματισθετεσ κατ' οὐαρ quinam sunt | 5 | | |

F I N I S

69
122
5
1 sy-
37
vete-
m 28
t etc.
o etc.
7
im II
et fo-
11
68

137
Posa
83
19
29
52
799

quare
atum
119
5
135
20
nscri-
gun-
ib,
127

132
113
116

vbi
30
8

70
101
nam
5



20 X₂

Fö 1603

S

VD18

m.s.





OBSERVATIONES
IN
MATTHAEVM
EX
GRAECIS INSCRIPTIONIBVS

A V C T O R E

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO

I E N A E

APVD VIDVAM IO. RVD. CROECKERI

1777 CC CL CI